51 sti. & faciunt q̃ dixi in l. fi. col. vij. C. de edic. diu. Adri. tollen. ¶ † In glo. in verbo, possit eã, concludit gl. ꝙ propter absentiã, cãæ meri imperii põt delegari, quo ad cognitionẽ. & non quo ad diffinitionem. in hoc vario modo Doc. loquũtur, vt late Alex. hic refert, & finaliter concludit ꝯ gl. Idem tamen Alex. plenius disputauit istam qõnem, respondendo ad vtranque partem, vt patet in dispu. sua inci. Rex. Aragonum. in ij. dub. Et studendo breuitati, videndum est de duob. Primò de intellectu. §. allegati. in gl. in § ad hæc prohibemus. in auth. de collato Secundò perscrutandum erit de verio ri opi. Circa primum tex. in d. §. sic dicit. in versi. antequam verò in prouinciis veniant iudices, damus eis licentiam, vices agentes suos instituere, qui debeant omnia vsque ad suam p̃sentiam agere, q̃ p̃nt ipsi iudices facere: citra tamen nouissimum supplicium, aut membri incisionem. prohibet ergo ibi tex. ꝙ vltimum supplicium, & incisio membri delegari non possit. gl. hic dicit maximè, quasi velit ꝙ ĩ aliis causis meri imperii, diffinitiuo delegari nõ possit. Sed hoc videtur contra illum tex. qui dicit, ꝙ omnia p̃nt demandari: & ꝙ ibi ille oĩa põt, q̃ ipse magistratus principalis p̃t excepto vltimo supplicio, & membri incisione. & ita Ale. hic dicit. Vnde ad illum text. melior responsio vr̃ quã Guil. de Cu. hic tradit, ꝙ ibi loquitur in p̃side, q nõdum venerat in prouinciã. & ita exp̃sse ibi dicitur, anteq̃ in prouinciis veniãt. & ad hoc facit tex. in l. obseruare. §. fi. §. de offi. procon. Nec ob. f̃m Alex. hic ꝙ ista r̃nsio confundat. per tex. in d. §. ad hæc prohibemus. in ver. sed si quis. vbi videtur loqui in iudicib. simpliciter. & dicit tex. liceat per similem modum loci seruatorem facere: si per similem modum ergo absque vltimo supplicio & mẽbri abscisione. vt s̃. ibi proximè dictũ fuit. Quia ad hoc replicari p̃t, ꝑ ĩtelligat tex. đ iudicib. destinatis, vt s̃. ꝓximè dr̃, qa post versi. anteq̃, vr̃ semp loqui, anteq̃ magistratus p̃ricipalis uenerit in ꝓuĩciã q ĩ p̃ri. §. loqtur. de magistratu existenti in prouincia. & quia illa verba p similem modum etiã referuntur ad p̃cedentia, in qb. distinguitur, an magistratus sit in ꝓuincia, vel non. Et in hoc etiam adaptari potest similitudo. Secundo & planius ad illum tex. responderi potest, ꝙ non loquitur in delegato, sed loquitur in vice gerente, & verba sonant. & ita dicit Alex. in disputa. p allegata. in ij. du. col. iij. ver. non ob. §. ad hæc ꝓhibemus. & licet alias vices gerens, pleniorem habeat potestatem, vt no. gl. hic ibi, limitat habet potestatẽ: quia constituitur ab eo, qui non erat adeptus iurisdictionem. Alexan. dicit in loco p̃allegato. & sic ista responsio Alexan. recidit in idem cum resolutione præcedenti, vt dixi. ¶ Venio ad secundum: & breuiter concludo in terminis qõnis nostræ veriorem esse opinionem affirmatiuam contra gl. prout Ale. hic ꝯcludit. nõ tñ moueor eius rationib. quibus ipse respondet in disputatione. s̃. allegata. Sed ad hoc iste tex.

ADDITIONES.

a ¶ Interpretatione. Nota hic ꝙ argu. a contrario sensu est ex interpretatione, non ex uerbis secundum glo. in uerbo coniecturam. & Bar. in j. no. in l. apud antiquos. C. de fur. & ideo non habet locum in statuto si aliud statutum uetet interpretationem statutorum secundum Bald. in secunda no. in l. cum patrem. de condi. inser. & Pau. de Cast. consi. 344.

b ¶ Coniectura. No. quod argu. a contrario sensu dicitur mens coniecturata. gl. Bald. & Doc. in l. apud antiquos. in uer. item. no. aliud, C. de fur. l. j. infra si tab. test. exta. item dicitur intellectus subauditus. in l. cum patrem. uersi. item no. hic. C. de condi. inser.

tex.me inducit,conſiderando hoc modo.nam dum dicitur hic in
prin.errare videntur magiſtratus,qui cum publici iudicii habeant
exercitationem à lege,vel ſenatuſconſulto delegatam, certè hoc
vr̃ intelligendum reſpectu cognitiõis, & deffinitionis:quia à lege
vr̃ mãdari cognitio,& diffinitio magr̃atibus:& verbũ illud,exerci
tationem,ẽt diffinitionem vr̃ comprehendere. Facit tex.in c.j. in
fi.de for.ꝯp.in vj.ibi,non pñt cenſurã eccleſiaſticã exercere. Et dũ
poſtea dr̃,mandant iuriſdictionem ſuam.i.ſibi competentem: &
ſic reſpectu cognitionis,& diffinitionis, vt s̃.dictum eſt.deinde ab
iſta rl̃a excipitur caſus abſentiæ,pp quã cã meri Impii poteſt dele
62 gari.†Et talis exceptio in terminis rl̃æ intelligitur: & ſic reſpectu
cognitionis,& diffinitionis:quia exceptio dẽt eſſe de rl̃a.vt p Dy.
in.rub.de reg.iur.in vj.& no.Bar.in l.j.j̃.de reg.iur.Non ob. ꝙ na-
tura exceptionis conſeruat̃,reſpectu cognitionis,quę in rl̃a con-
tinetur:quia dẽt gñalr̃ intelligi ſm̃ rl̃am. & ſic reſpectu cognitio-
nis.& diffinitionis.¶Secundò ad idẽ facit tex.hic ibi, is cui conti-
gerit exercitatio.iſtud verbũ,(vt.s̃.dixi) includit cognitionem,&
diffinitionem:& quia vtrunque dat̃ magiſtratui à lege, vt s̃. dictũ
eſt.vñ dum ſubijcit,poſſit eã.ſ.exercitationem,& ſic cognitionẽ,
& diffinitionem demandare: qa verbũ illud, eam relationem fa-
cit ad iuriſdõnem,q̃ magiſtratui ꝯpetebat.¶Tertiò ad idem facit
tex.in fi.ibi,cognitionẽ,quam p̃tor hẽt ex ſenatuſconſulto demã
dare,nam hoc ĩtelligitur reſpectu cognitionis,& diffinitionis: qa
p̃tor vtranque hẽt à ſenatuſconſulto.Idem ergo dd̃m eſt in ſupra
dictis:quia vna pars legis,ſm̃ aliam intelligitur l.vtrũ.j̃.de pe.her.
¶Quartò qa tex.in d. ver.nõ aliter .facit dr̃iam inter iuriſdictio-
nem,quę etiam à præſente poteſt delegari:& merum imperium,
quod tantum in caſu abſentiæ delegari, poteſt ſicut ergo iuriſdi-
ctio in totum poteſt delegari reſpectu cognitionis, & diffini-
tionis, ita vr̃ ddm de mero imperio in caſu abſentiæ. ¶Vltimò
hoc comprobatur:quia rõ abſentiæ ita vr̃ militare in diffinitione,
ſicut in cognitione,ne delicta ſint ĩpunita. c. vt famæ. de ſen.exc.
Et vt lites terminentur.c.finem litibus.de dolo & contu. Notan-
dum tamen eſt,ꝙ delegatus, dato quòd non haberet diffinitionẽ
ſm̃ opin.glo.tñ contra inſignem latronem,cuius pœnam differre
periculoſum eſſet,illam exercere poteſt, vt Bar.hic poſt Pe.& Cy.
concludit per tex.in l.ſi quis filio.§ quid tamen.ver.niſi fortè.j̃.de
iniuſt.rup. Alb.tamen hic,col.iij.in ver.fallit tamen.dicebat ꝙ ille
tex.loquitur in ordinario iudice.& non videtur procedere in de-
legato,qui limitatam hẽt p̃tãtem. Ale.ſequitur dictam limitatio-
nẽ:quia vbi periculum eſt in mora,receditur à rl̃is iuri cõis.l.de pu
93 pillo.§.ſi quis riuos.de ope.no.nun.Et ad hoc ſpãliter †facit text.
in l.pe. j̃. de ſica.vbi acceleratur pœna pp ſedandum tumultum
populi.cum ſi.vt tradit And.Sicu.in conſi.xj.col.ix.lib.j. & in ꝯſi.
ix.col.viij.lib.ij.in conſi.xx.col.xij eo.lib.ij.& Fely. in c.j.de conſti.
in c.ij.de p̃ſcr.& Ro.in l.ſi verò.§.de viro.in xlvj.fal.j̃. ſol. mat. Et
bene facit tex.in l.per oẽs.C.de defen.ciui.vbi ꝯ tales latrones de-
fenſor ciuitatis hẽt poteſtatem ꝯ hmõi latrones feriæ relaxant̃. l.
prouinciarum p̃ſides.C.de fer.Et pro talibus latronibus appella-
tio non admittitur.l.conſtitutiones.j̃.de app.in oĩbus tamen p̃di
ctis,vr̃ ſtare fundam̃ Ale.quia dicta iura loquuntur in ordinario:
ſecus videtur in legato,qui limitatam hẽt p̃tãtem. Non ob ꝙ de
priuato hr̃ in l.ait pretor.§ ſi quis debitorem.j̃.de his,quæ ĩ frau
cre.quia ibi agitur de intereſſe ſuo proprio:ideo ſibi illud conce-
ditur.Non ob.ꝙ in d.l.ſi quis filio. §. hi autem eſſent iudici ligatæ
manus:quia ſcripſit ad Principem quia illud impediebat exerci-
titium iuriſdõnis:ſed nõ deficiebat fundam̃ iuriſdõnis. Non ſic in
delegato videtur.& facit qd̃ no.Bar.in l.pe.s̃ allegata.de ſicar. vbi
inquit,ꝙ licet pp tumultum populi pœna accelerari poſſit,nõ tñ
pp tumultum populi innocens dẽt puniri. l. decurionum. C. de
pœ.¶In ea glo.ibi,de officio eius qui vicem alterius gerit. l. ij. &
ſic no.dr̃iã inter delegatũ. & vicegerentem.& no. Bart.hic in pe.
q.& in d.l.ij.& in l j.§.hi quibus.in fi.de lega.iij.& declarat Ale.hic.
64 & in rub.s̃.eo.col.iiij.Ex quo inferri † põt ad locum tenentem, q
non poteſt conſtitui,vt merum imperium in eum trãſferatur.&
hoc verum eſt de iure ciuili,ſecus de iure canonico, vt no. Bal. de
locum tenente.in aut.ſed nouo iure.in prin.C.de ſer.fug.& idem
Bal.in c.j.in § ſi quis deceſſerit.in fi.in ti.ſi de feu.fue.contro. inter
do. & agna. De conſuetudine tamen cãæ meri imperii delegari
95 †pñt,& alteri etiam priuato cõmitti:vt dicit Albe hic col pe.&
pro tali conſuetudine,facit tex.in l.cum p̃tor.§.j.j̃.de iu.vbi Ang.
dicit ꝙ p̃tãs delegandi dat̃ à ꝯſuetudine.& hoc practicatur ſæpe-
numero:qa iudices volentes iudicare, & ꝯdẽnare aliquẽ ad mor-
tem,alteri diffinitionem committunt ¶In glo.proficiſcat̃. ibi ex
neceſſitate.idem ſi abſentia probabilis ſit,ſm̃ Cy.hic,in vij.q.facit
tex.in l.non eiñ in prin.j̃.ex quib.cau.maio.& in l.filiusfa.§.fi.cum
l ſeq.j̃ de pc.facit quod no.Bar.in l.fi.j̃.de in inte reſti. Et notan-
66 dum eſt ꝙ abſens reputat̃ † dũ eſt in p̃paratione abſentiæ:vt Ale.
hic dicit poſt.Io.An.quem refert,per l. ab hoſtibus. §. ſi quis ſim-
pliciter in fi.ex quib. ca.maio. ad idem tex.in l.abeſſe.in l ſi cui. §.
tamdiu.& ibi gl.ex qb.ca.maio.& tradit Io.de Ana.in c. quam ſit,

de iudæis. Ad idem facit,quia factum tp̃e guerræ, vr̃ qd̃ factũ fuit
paulo ante guerram:vt no.Bal.in l.diuortio.in prin.j̃.ſo.ma.cum
67 ſi. vt tradit ibi Alc.†Et idem de ſuſpitione, & præparatiõe libelli.
ꝙ de bello:vt no.Pe.de Ancha.in conſi.lxxxvij.p̃miſſa facti ſerie.&
Imo.in conſi.vij.in caſu p̃miſſo,circa fi.Similr̃ notandum eſt,ꝙ ſi
reuertatur magiſtratus ſtatim receſſurus,delegatio facta non ex-
tinguitur.ar.l.cum aliijs.C.de cu.fu.ita Ale.hic,poſt Cy.& Albe.hic
68 concludit.†Et ad hoc bene facit quod notabiliter voluit Paul. de
caſt.poſt Gui.de Cu.in l. ſed ſi pupillus.§.conditio.j̃. de inſtitoria.
in ſecundo no.vbi inquit, ꝙ ſi iudex inſtituit aliquem locum te-
nentem,quoties eum abeſſe contigerit:& eueniat caſus, ꝙ iudex
principalis vna die abſens ſit, & alia die p̃ſens, valent acta coram
locum tenente, etiam in die quo fuit p̃ſens. & idem not. Alb.hic
col.vij.in ver.ſed ſi reuerſus. ¶Vltimò notandum eſt, ꝙ in breui
abſentia magiſtratus non vr̃ hr̃e locum tex.hic.& ita Salv. dicit in
l.ij.col.antep.C.de peda.iudi.allegat.l.ſi longius.j̃.de iud.Nam nõ
videtur abeſſe breui reuerſurus:vt no. Ang per illum text. in l. cũ
antiquitas.C.de teſta.& facit tex.in l.pe.in fi.j̃.de vac. munerum.
69 & qd̃ no.Bar.in l.j.in ver.quæro quid ſi ille.s̃.de offi.ꝯſu.† Et iux-
ta.s̃.dicta quæritur,an ſtetur aſſertioni p̃ſidis dicentis ſubeſſe cãm
neceſſariam abſentiæ. Alb.hic col.pe.in ver.ſed nunquid iſtis cau-
ſis.tenet ꝙ ſic:quia pro iudice præſumitur,quia iurauit officium.
l.fi.C.ad l.Iuliam repe.facit tex.in c.ad audientiam. de p̃ſcr. & idẽ
tenet Bald.in l.imperium.col.iiij.in 4. q de iur. om. iu. cum ſi. vt
Alex.hic ſcribit.col.xviij.in ver.ſed iuxta hoc quæritur.vbi ad hoc
allegat gl.in c.paſtoralis.in verbo onerare.de offi.de.l.d.Iaſon hic
tenet ꝯrium: quia cum iudex non poſſit delegare ſine cauſa, illa
cauſa debet probari. & non ſtatur aſſertioni eius. l. ſi fortè. vbi
Bar.j̃.de caſt.pec.notatur per gl.in l.ſi donatione. C. de colla. Et
antequam ſcripta Iaſonis ederentur,ego idem dicebam: vt patet
in c.cùm ſit Romana.in iij.no.de app. Ad hoc tamen,nunc videt̃
poſſe rñderi,ꝙ ea,quæ habentur in d.l.ſi fortè. vñr procedere vbi
agitur de intereſſe eius,qui aſſerit,& confitetur,non ſic vr̃ in iudi-
ce.de cuius intereſſe & commodo non agitur,& pro eo p̃ſumit̃,
vnde etiam in iudice ſolemnitas extrinſeca præſumitur. vt Alex.
concludit in l.ſciendum. col.v.ver.item fallit in iudice.de ver.ob.
& ad hoc etiam vide Signo.in conſil. 254. in qõne vertente.col.
fi.Replicari tamen poteſt,ꝙ ratio.s̃.allegata,videtur etiam milita-
re in iudice, ex quo non poteſt ſine cauſa delegare: & vr̃ tractari
de ſuo intereſſe & commodo, cum velit hẽre iuriſdictionem. ar.
§.præterea.inſti.de act. ¶Concordando opiniones diſtingui po-
teſt, ꝙ ſtetur aſſertioni iudicis, in his quæ eius arbitrio commit-
tuntur:aliàs ſecus. Vel abſolutè dici poteſt, ſuſtinendo *opinionem*
cõem,ꝙ credat̃ iudici in iſto caſu:quia agitur de iuriſdõne in qua
iudici credit.c.prudentiam.in princ. de offi. dele.vbi creditur vni
iudici de impedimento ſuo, ad hoc vt alii poſſint procedere. Et
quia iudex poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio.l.ſi quis ex alie-
na.j̃.de iud.in c. ſuper literis.de reſc. Ex quo datur intelligi, quòd
in reſpiciẽtibus iuriſdictionem,plus tribuatur iudici. Allegata in
contrarium in alia mã procedunt. ¶Succeſſiuè quod dr̃ hic de
cauſa abſentiæ,idem pariter dd̃m.eſt de cauſa infirmitatis,vt Bar.
70 hic poſt antiquos † concludit.col.fi.in prin.per l j.j̃. de offi. con-
ſu.& facit tex.in l.ſi longius in prin.j̃.de iudi.in l.filiusfa. §. fi. cum
l.ſeq.j̃.de proc.cum ſi.vt tradit Alex.hic.col.xvj.ver.iuxta prædi
cta quæritur.& adde tex.in d.l.ſi cui.§.planè,j̃.ex quib.cau.maio.
in l.licet.j̃.de arbi.in c.cum in tua.qui matrimoniũ accuſare poſ.
in c.j.de cleri.non reſi.in vj. cum ſim vt latè congerit Roma.in l.
ſi vero §.de viro. in.13.quæſtione.fallen.j̃.ſolu.matr. Et per iura
præallegata infert Bar.quòd abſentia,& infirmitas æquiparantur.
in l.is poteſt.de acqui.hære.col.vj.& in l. quædam.§.nihil.j̃.de edẽ-
do.& hoc modo arguit Soc.in conſi.153.pulchra & ſubtilis col.
fi.in ij.vol.Et ex prædictis etiam ĩfertur,ꝙ doctor propter infirmi-
tatem poteſt legere per ſubſtitutum.vt no.Bal.in l.fi. de excu. tu.
71 & idem † de officiali Bal.dicit in c.j.§.ſi quis deceſſerit.in fin..ſi de
feu.fue.contro.inter do.& agna.ꝙ tamen declaratur vt per Alex.
hic.Et ratione infirmitatis,generaliter receditur à regulis iuris cõ-
munis.vt probat Rom.in loco præallega.†Et adde ꝙ faber debet
ab eius exercitio ſe abſtinere, propter infirmum vicinum qui ve-
xatur:vt no.Lucas de penna,in l.vnica.col fin.de ſtud.libera vrbis
Romę.lib.xij.ver.ſed pone aliquis languet. Et retenta *cõi opinione*,
ꝙ etiam propter infirmitatem cauſa delegari poſſit. tria obſtant
quæ Ful.& Rom.in contrarium adducunt.Primò tex.hic in verſi.
non aliter. & ſic ſolum in caſu abſentiæ neceſſariæ, hoc permiſ-
ſum videtur.Iaſon hic reſpõdet,ꝙ illa verba dato ꝙ taxatiua ſint,
non excluduntur ſimiles caſus:vt no.per glo.in l.ob æs.C. de p̃di.
mino.in l.fi.C.de reuo.don.facit tex.in l.j.j̃.ſi menſ.falſum modũ
dixe.Iſta reſponſio prima facie non videtur vera.quia vt dixi in l.
j.C de contratab. dictio taxatiua excludt omnes alios caſus, &
perſonas etiã ſimiles,ita quòd ipſa diſpoſitio quæ taxatiuè loqui
tur,reſtringitur in eo,quod exprimitur,& vlterius nõ extenditur.
Benè verum eſt quòd alii caſus includuntur per alia iura. Et ſic

dictiones taxatiuæ non excludunt alios caſus, corrigendo alia iu-
ra. Et ideo cum per alia iura abſentia, & infirmitas equiparentur,
ex iſto capite extenſio fieri poteſt: ſed reſpectu legis quæ taxatiuè
loquitur, illa de ſe excludit alios caſus. Secundò obſtare videtur:
quia propter infirmitatem, nullo modo videtur ꝙ cauſa delegari
poſſit: quia aut infirmitas eſt modico tempore duratura, & debet
infirmus expectari. aut longo tpe, & alius iudex dari debet, pro-
ut Iuriſconſultus diſtinguit in l. ſi longius. in prin. ȷ̄. de iudic. Sed
rñderi poteſt ꝙ eodem modo argui poteſt de abſentia. d. l. ſi lon-
gius. in prin. Et tamen non excluditur, quin cauſa ꝑ ꝑ abſentiā de-
legari poſſit: vt eſt tex. hic. ita ergo de īfirmitate dicendum videt.
Et per iſtum tex. debet ſuppleri qđ dicitur in d. l. ſi longius. Ter-
tiò obiicitur tex. in c. ſi pro debilitate. de of. del. quem Ro. hic ad-
ducit. Sed rñdetur, ꝙ ille tex. videtur ponere rſam, quæ facit pro
communi opin. ꝙ pp infirmitatem, & debilitatem cauſa delegari
poteſt. Excipitur vnus caſus, quando cauſa ſit ita grauis ꝙ per aliū
expediri non poſſit, ita quòd perſona infirmi pciſe neceſſaria ſit.
73 † Et quod dictum eſt de infirmitate, idem dđm eſt pp debilitatē.
iſta enim diuerſa ſunt: vt colligit in rub. de cleri. ægrot. Sed tamen
æquiparantur. c. ſi qui teſtium. de teſti. cum ſi. vt dixi in c. ſi pro de
74 bilitate. in prin. de offi. del. † Et non ſolum in infirmitate propria,
ſed etiam pro infirmitate ſuorum vr̄ ꝙ cā poſſit delegari, ita dñt
Mod. hic per tex. in c. cōis filius, vbi gl. 23. diſt. Et ad hoc facit, qa
de ſuis eadem rō hr̄, quæ de propria perſona c. ſciāt cuncti. de ele.
in vj. in c. qm̄. de immu. ecc. in vj. in c. quicunque. de ſen. exc. in vj.
Sed tamen in ꝯrium facit text. in l ſi. C. qui morbo, lib. x. vbi filius
non excuſatur à muneribus publicis pp infirmitatem patris Non
ob. tex. in d. c. cōmunis filius. quia Papa ibi ſe excuſat, ex eo, quod
nuncius receſſit de curia pp infirmitatem ſuorum: & ſic ibi ponit
contingentia facti, & non agitur de excuſatione pp infirmitatem
75 ſuorum. † Non ob. alia iura ſ. allegata, quia non vñr procedere,
vbi agitur de intereſſe publico, prout in d. l. ſi. C. quę morbo. & in
caſu nr̄o hic. Et concluſio ſuperius facta de infirmitate, limitatur
non procedere in leui infirmitate: ar. l. quæſitum. de re. iu. & no. ꝑ
gl. in c. quærelam. in verbo, de infirmitate. de proc. facit text. in l. j.
§. ſed ſciendum. ver. proinde. de ædi. cū ſi. vt dixi in c. de appllone,
de appel. & tradit Ro. in l. ſi verò. §. de viro. in iij. fallen. ȷ̄. ſol. mat.
76 † An autem idem ſit, ſi magiſtratus impeditus ſit aliis occupatio
nibus publicis, vel pp cārum multitudinē, & tunc cauſæ crimina-
a les poſſint delegari. a Bar. hic concludit ꝙ non ꝑ. l. placet. C. de pe
da. iud. Secus dicit ſi eſſet occupatus pp alias cās criminales: quia
tunc vr̄ eadem rō, q̄ eſt in abſentia, vt per eum hic. Ale. latè īſiſtit,
& concludit ꝙ nullo mō cauſæ criminales delegari pn̄t, pp alias
cauſas criminales, quibus occupatus ſit: quia tm̄ excipitur caſus
abſentię in quo nullo mō iſte caſus occupationis comprehendit.
Et quia nō eſt eadem rō, ſicut in abſentia, vel infirmitate. in quib.
ex toto magiſtratus impeditur: non ſic vr̄ in tali occupatione: qa
illam cām quam vult delegare, expedire poteſt. ſm Alex. hic. pro-
batur in d. l. placet. vbi pp impedimentum publicarum occupa-
tionum, cā meri imperii non poteſt delegari. ergo apparet, ꝙ nō
ſunt paria impedimentum abſentiæ, & occupationum publicarū.
& ita Mod. hic in fi. ſequuntur. Sed non eſt recedendum ab opin.
Bar. q̄ cōis vr̄. & tota vis conſiſtit. an ſit eadē rō in tali occupatio-
ne. quæ eſt in abſentia. Ale. dicit ꝙ non, qa magis pciſè occupatus
vr̄ pp abſentiam, vel infirmitatem: vt ſ. dictū eſt. Sed certè ſi rectè
conſideretur eadem rō vr̄, ſi pſupponamus magiſtratū eſſe occu-
patū: qa licet poſſit expedire cām, quam vult delegare: excuſatur
tñ ex quo oēs expedire non pōt: & ſic neceſſitat ad iſtā, vel illam
delegandā: qa hoc reputat iuſtū impedimentū. & facit tex. in l. qđ
quidē. ȷ̄. ex qb. cau. maio. in fin. ibi ſed ꝙ multitudine rerū diſtrin-
geret. Non ob. tex. in d l. placet, qa dū ibi rła ponit, ꝙ pp publicas
occupationes, vel multitudinem cārum, cauſæ pn̄t delegari: illa re-
gula intelligit ur de multitudine cārum ciuilium: qa ibi ab illa re-
gula excipiunt cauſæ criminales. in ver. quod non ita. Et ideo in q.
nr̄a vbi agit de occupatione cārum criminalium, ille text. nihil fa-
cit. ¶ Succeſſiuè Bar. concludit ꝙ magiſtratus, qui cām delegauit
77 pp abſentiam, † illo reuerſo ſtatim expirat iuriſdictio delegati: qa
cauſa delegationis ceſſat. & in ſimili ad hoc facit, qa ſi cā pluribus
commiſſa ſit cū cła, ꝙ ſi non oēs pn̄t, alter exequatur, illa cła intel-
ligitur durante impedimento: & quatenus impedimentum du-
rat: vt per gl. j. in c. qm̄ Abbas. de of. del. & dixi ibi Et in ſimili dicit
de furioſo, cui facta ſit ſubſtitutio exemplaris. nam illa extingui-
tur ceſſante furore l. humanitatis. C. de impu. & dixi ibi col. fin. Et
in ſimili de prodigo no. Bar. in l. is cui bonis. de verb. oblig. Et iſta
concluſio limitatur, ſm Ale. hic, vt hēat locum in magiſtratu, cui
ex neceſſitate permittitur, vt delegare poſſit: vnde ceſſante cauſa
78 ſtatim reuocat ꝯmiſſio: quia † ſtatutum ptextu neceſſitatis eate-
nus durat quatenus vrget neceſſitas: vt no. Bar. in l. j. §. nunciatio.
col. iij. de dpe. no. nun. & tali caſu, delegatus hēt poteſtatē ab ipſo
magiſtratu, q delegauit. Secus ſi quis pp impedimentum alterius
conſequatur ptātem. non ab ipſo impedimēto, ſed aliunde: qa tūc
ceſſante impedimento, ptās in aliū trāſlata nō reuocat. c. ſi duo, §.
cæterum. de ꝑc. in vj. vt latius Alex. hic inſiſtit. Sed tñ aduertendū
eſt: quia ēt in delegato, qui hēt ptātem ab ipſo delegante impedi-
to, conſiderandum eſt, an res ſit integra vel non, qa re non exiſtē
te integr a, non vr̄ ꝙ delegatio ceſſet, ar. c. quāuis alicui. de offi. de-
le. in vj. & notatur in c. venerabili. de offic. dele. & alibi etiam con-
ſideratur an res ſit integra. in l. ſi pecuniā. in prin. de ꝯdict. ob. cau.
& facit tex. in l. iudiciū ſoluit. ȷ̄. de iudiciis. ibi vetante eo. ergo vr̄
ꝙ requirat factum, & expreſſa reuocatio delegantis. Nō ob. ꝙ cā
ceſſare, vr̄, vt hic in tex dr̄: quia cā cōſiderat in delegatione, prout
tex. hic loquitur. non aūt in reuocatione, in qua dēt conſiderari,
79 an res ſit integra. † Et qa ēt ceſſante eam, non ceſſat effectus con-
ſummatus, vt no. Bart. in l. ij. §. ſi. ff. de dona. & dixi in c. cùm ceſſan
te. de app. & hic effectus vr̄ ꝯſummatus, cùm facta ſit delegatio, &
res non ſit integra. & quia ſi reuertat pro modico tpe, non ceſſa-
ret commiſſio, vt ſ. dictum fuit. Ergo nō dēt ſtatim videri, ꝙ cō-
miſſio reuocata ſit: qa hoc pendet à futuro euentu. & qa in caſu
iſto non videt delegatus habere ſimplr̄ poteſtatem ab ipſo dele-
gante: quia delegans non facit delegatum ex eius propria volun-
tate, ſed ex neceſſitate, lege ita diſponente. Non omitto tñ, quod
pro cōi opi. bene facit tex. in § ad hæc prohibemus. in authen. de
colla. ibi, omnia vſque ad ſui pſentiā agere poſſit. ergo ſola pſentia
ibi facit ceſſare officium. Sed pōt rñderi, ꝙ ibi pſentia facit, quòd
illa poteſtas data reuocari poſſit, non autem intelligit ꝙ ipſo iure
reuocatio facta ſit, & ſic vſq; ad pſentiam hēt poteſtatem irreuo-
cabiliter: ſed poſt pſentiam reuocari pōt, vr̄ loquitur ille tex. in eo
cui facta erat generaliter commiſſio de omnibus: & illa pp pſen-
tiam ſolam reſoluitur: ſecus vr̄ in vna cā, quę delegata ſit, ꝑut agit
in caſu noſtro. ¶ In gl. non aīr, ibi, ex neceſſitate ꝯcedunt. de hoc
dixi in notabilibus Et notandū eſt, ꝙ pp neceſſitatē licet furari. c.
80 ſi quis pp neceſſitatem. de fur. † Non tñ licet mulieri pp neceſſita
tem, & paupertatem committere adulterium. l. palam §. non eſt
ignoſcendum. ȷ̄. de ritu nup. & facit ꝙ no. Bald. in l. fin. C. ſi ꝯ ius
vel vtili. pub. vbi inquit, quòd licet mulier bannita occidi ꝑoſſit
permittente ſtatuto, nō tamen pōt adulterari. de quo videndum
eſt, quæ dixi in c. q̄ in eccleſiarum. de conſti. col. vj. Et ratio diuer-
ſitatis vr̄, ſecundum Doctores in d. c. ſi quis pp quia in furto pro-
b uidet immediatè neceſsitati famis, b non ſic in coitu illicito, quia
fames ex illo non ſatiatur. de hoc dixi in l. quæ pp neceſsitatem.
de reg. iur. Et adde ꝙ ratio pallegāta facit ꝙ text. in d. c. ſi quis pp
reſtringat in eo, qui furatur panem, qm̄ immediatè comedere pt̄:
ſecus ergo videtur in eo, qui furatur argentum, vel veſtem: qa tūc
eſſet eadem ratio, quæ eſt in muliere committente adulteriū: quia
ex tali furto immediatè nō ſatiatur. ¶ In fina gl ibi, l. quædam, gl.
81 non rñdet, ſed rñdetur ſecundum Pau. de Caſt. hic in fin. † quod
aliud eſt vniuerſitas aliud eſt generalitas. Nam in vniuerſitate, res
quæ includuntur ad faciendum vnū corpus vniuerſale, non ſunt
per ſe in conſideratione l. cum qui ædes. ȷ̄. de vſuc. ideo tranſeunt
cum illa vniuerſitate: ſecus eſt in generalitate: quia illæ quę inclu-
duntur, ſunt in conſideratione per ſe. ideo quæ ſpecialiter prohi-
bita ſunt tranſire. ēt cum gn̄alitate non transferunt, quia tranſi-
rent, vt ipſa, ac ſi eſſent ſpecificata. l. cum plures. ȷ̄. de euict. quia
tantum operatur genus quo ad genus, quantum ſpecies quo ad
ſpeciem. l. ſi duo. infra, de adminiſtrat. tuto. l. ſi chorus. de lega. iij.
Et ita etiam Alexan. hic concludit poſt Saly. ¶ Sed aduertendum
82 eſt primum ad dictum principale, † ꝙ quædam tranſeunt cum
vniuerſitate, & non cum generalitate. Nam ꝯ iſtam differentiam
videtur tex. in l. in modicis. ȷ̄. de contrah. em. vbi tex. videtur loqui
in generalitate bonorum dum dicit, ꝙ accedit emptioni maioris
partis. ¶ Et tamen ibi in illa generalitate includuntur res ſacræ, q̄
ſpecialiter vendi prohibentur. gl. ibi videtur intelligere illam l. in
vniuer-

ADDITIONES.

a ¶ Delegari. Cā criminalis à quib. poſsit delegari, & quando. vide Bal. in addi. Spe. de iu. dele. ver. cauſæ criminales. & ibi Spec. §. ſi. ver. item quod eſt delegatus. & ibi Io. An. in addi. quòd delegatus Papæ in cauſa criminali meri imperii eum ſubdelegāt, gl. in l. ij. in ver. mixtum infra de iu. om. iu. Adde gl. in l. vnica. in ver. iudicādas. C. qui pro ſua iur. & ibi Bar. in ver. vl. & Bal. in vj. no. & Bar. in l. j. in prin. in ver. quę rō nunquid delegatus hic. Et ibi Ale. in pe. & vl. car. in ver. poſtremo extra glo. cum aliis multis concordantiis per eum ſignatis. Item niſi de iure cano. quia de iure cano. cauſæ meri imperii poſſunt delegari. gl. & Doc. in c. quòd ſedes. de offi. ord. glo. & Doc. in cle. j. de of. dele. & Bar. in rub. de of. dele. & Alb. in d. l. j. in prin. & ibi Ale. dē Imo. in fi. & ibi etiam per Ias. excepto vltimo ſupplicio, ſecundum Archi. in c. ij. de offic. vica. vbi idem dicit de membri inciſione. & Bald. in marg. in verſi. eccleſia, verſic. 9. de quo in cap. in archiepiſcopatu. de app. & Car. in cle. 1. opp. 3. de offic. del. vbi ponit, an quando cauſa criminalis poſsit delegari, & in 4. opp. adde quòd in omnib. caſib. reſeruatis principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, vt in pòteſtate legitimandi, creandi tabelliones, & in ſimilib. caſib. certè delegatus principis, vel Papæ etiam de iure cano. non poterit ſubdelegare ita. Ant. & Imo. in dicto capitulo quod ſedes, cum aliis concor. alie. per Ale. in dicta l. i. & ibi Paulus de Caſtr. Item de iure ciuili ex neceſsitate. vt ibi. & ſecundum Bald. in aut. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtrumentorum.

b ¶ Famis vera & aperta ratio eſt quòd in caſu & intra fines neceſsitatis debitū accipitur, & ſic non eſt dolus nec furtum, ſed adulterium, ſemper eſt adulterium.

vniuersitate vendita, sed verba repugnare videntur nisi dicamus quòd venditio omnium bonorum videtur ius vniuersale. arg. l. bonorum appel la 2. de ver. sig. vbi dicitur, quòd bonorum appellatio sicut hæreditas vniuersitatem demonstrat. Et per illum tex. hoc no. Abb. in c. ex literis de iure pa. col. fin. Secundò ex doctrina prædicta videtur dicendum, quod cum iurisdictio videat quid vniuersale quod mandata iurisdictione, transiret merum imperiū. Cuius tamen contrarium in prin. l. hic dicitur. Nisi dicamus quod tex. hic loquitur in delegatione, in qua mandatur exercitium iurisdictionis, & vsus. l. j. §. qui mandatam. ff. eod. Secus videtur si proprietas iurisdictionis concedatur: quia tunc transit merum Imperium, de quo videmus in l. j. & in l. Imperium. ff. de iuri. om. iudi. Et latè tradit Alex. in dispu. inci. rex Aragonum. in j. dubio. & idem Alex. in consi. 34. viso processu, li. 4. ¶ Ex gl. quærit Barto. an princeps delegare possit cās meri imperii & concludit quod sic, per
33 vnam rationem, quia princeps legibus solutus est. † c. proposuit. de conces. præben. l. digna vox. C. de legi. ad hoc etiam allegat tex. in l. fi. C. vbi sena. vel clarissimi. Sed ille tex. parum facit, quia ibi reseruatur condemnatio ipsi Principi, propter dignitatem personarum. Et sic ibi absolutè non transfertur merum imperium. allegat etiam Barto. tex. in l. j. C. de preci. imp. offe. Sed responderi potest, quod ibi non est delegatum merum imperium: Sed excitatur iurisdictio præfecti prætorio, ad quem Imperator ibi scribit. ¶ Vltimò quærit Alex. post Bartol. & alios, an delegatus principis causam meri imperii sibi delegatam possit subdelegare? & Bartol. hic co. iij. concludit quòd sic, per l. j. C. qui pro sua iurisd.
34 † vbi delegatus principis potest subdelegare, ibi nullo personarū causarumque habito tractatu. Et etiam rationem adducit: quia cum causa semel delegata fuerit, fuit facta delegabilis. Pro resolutione eorum, quæ dicit Bartol. videndum est de duobus. Primum de intellectu d. l. j. Secundò de ratione quam Bartol. adducit. & postea applicabo breuiter, ea quæ occurrunt. Quo ad primum Alexan. hic respondet quòd illa verba, nullo habito tractatu causarum, debent restringi in causis meri imperii infirmi gradus. quæ possunt delegari, vt per Bartol. in l. imperium infra eo. ij. Sed ista responsio non satis facit, quia etiam ordinarius in talibus causis haberet potestatem delegandi. & sic non esset speciale in delegato principis prout text. ibi dicit: Vnde ad illum text. Iason hic respondet aliter, quòd text. ibi in princi. ponit regulam quòd ad hoc, vt causa delegari possit, debet esse de iurisdictione delegantis. ab ista regula, ibi in versi. nisi, excipitur delegatus principis, in quo non consideratur, quòd causa sit de iurisdictione delegantis. Et ad istum effectum reducuntur illa verba, nullo personarum causarumque habito tractatu. Et hoc modo exceptio conueniret regulæ prout debet: vt not. Bartol. in l. j. de regu. iur. Non autem illa verba intelliguntur respectu causarum meri imperii: vt possint subdelegari: quia hoc nihil facit ad regulam quæ ibi ponitur. Sed aduertendum est: quia illa exceptio quæ ibi ponitur in versic. nisi, non videtur quòd adaptari possit, prout iste dicit, quia delegatus principis, de quo text. ibi loquitur, non videtur causam subdelegare, quæ non sit suæ iurisdictionis, ex quo delegat causam delegatam sibi à principe, in quo habet potestatem. Vnde quod ibi dicitur de delegato principis, videtur procedere sm regulam. Et nulla esset specialitas in delegato principis: vt ergo aliquid specialitatis ibi ponatur, videtur necessarium dicere, quod ab ipso delegato principis, causæ meri imperii possint delegari. Et considerandum est diligenter quod in d. l. j. in ver. nam his delegantibus. ponitur dictum separatum à præcedentib. vniuersale, quod delegati à principe possunt delegare, nullo personarum causarumque habito tractatu. Nam ad istud dictum absolutè positum specialiter non respicit regula, de qua ibi ponitur in principio. Et in illo dicto nisi, videtur includere causas criminales, ex quo delegati principis delegare possunt, nulla habita ratione causarum: & ita dictum Bartol. ibi probari videtur. Si tamen volumus fundamentum Bartol. euitare ad illum text. aduertendum est: quia illa verba, nullo personarum causarumque habito tractatu, non referuntur ad supradicta, videlicet ad delegatum subdelegantem. Sed videntur referri ad illud quod ibi inferius dicitur de appellatone. hoc modo remanebunt iudicia appellationum ad eos delegatos subdelegantes, nullo habito tractatu causarum, vel personarum: quia appellatio indistinctè habebit locum, & sic illa verba non respiciunt facultatem delegandi, quæ ibi datur delegatis à principe, in versi. præcedenti. Sed referuntur ad id, quod in versi. sequenti dicitur de appellatione. Ista tamen responsio, etiam non videtur tollere fundamentum Bartol. quia si appellatio ad delegatum principis subdelegantem remanebit nulla habita differentia causarum. ergo videtur quòd iste potuerit omnes causas, & sic etiam criminales delegare: quia appellatio in omni causa præsupponit delegationem factam in omni causa. & dictum Bartol. ibi omnino probari videtur. ¶ Circa secūdum ad rationem Bar. p. l. pater filium. §. quindecim. de leg. iij. est aduertendum: quia inductio quam facit Barto. non videtur procedere, quia quando causa meri imperij delegata fuit à principe, nō est alterata natura causæ, quia princeps causas meri imperij delegare potest. ut s. dictum est: ergo non videtur habere locū quod dicitur in dicto. §. quindecim. Replicari tamen potest, quod cū causa meri imperij non possit delegari de sui natura, vt in regula, nemo potest. de reg. iur. si fuit delegata etiam à principe, alterata videtur eius natura. & sic ratio Barto. adaptari potest. & facit text. in l. fin. C. de remis. pigno. Et pro ista opin. Barto. quæ *communis* est, adduco rationem, quia princeps qui cōmittit causā meri imperij, videtur illā committere, secundū naturā, & qualitatē sui delegati: arg. l. plenū. §. equitij. ff. de usu & habita. vbi Barto. & in l. ex militari. in prin. ff. de testa. mili. Cùm ergo delegatus à principe possit delegare. l. à iudice. C. de iudic. videtur quod causā criminalem sibi cōmissam delegare possit. & hoc cōfirmatur, quia delegatus repræsentat principem. cap. sanè, de offic. dele. Et princeps ipse uidetur delegare mediante persona delegati: ut in regula, qui per alium de reg. iur. in vj. quia subrogatus sapit naturā eius in cuius locum subrogatur. l. si cum. §. qui iniuriarum. si quis cau. Nec ob. quod ista regula non habet locū in ista materia, vt Alex. hic dicit, col. pe. quia secundum eum sequeretur quod quilibet delegatus ab ordinario, posset delegare, sicut potest ordinarius, contra. l. à iudice. C. de iud. quia replicari potest, quòd in delegato ab ordinario, qui habet potestatem ab homine, reperitur facta prohibitio, vt ipse delegare non possit, secus est in delegato principis, quia à lege habet potestatē alteri cōmittendi vices suas, ut dicitur in cap. pastoralis. in prin. in cap. fin. de offic. dele. vnde si causa criminalis fuit à principe sibi cōmissa, uidetur quod ipse vices suas alteri demandare possit. Non ob. si dicatur, ratio, quæ est in maioribus magistratibus, ut non possint causas meri imperij delegare, quia uidetur electa industria personæ etiā uidetur militare in delegato principis, quē specialiter princeps elegit, quia responderi potest, quòd non sequitur, est cōmissa alicui causa specialiter, ergo est electa industria personæ, quia hoc fieri potuit, ut causa tollatur de manibus ordinarij. cap. studuisti. de offic. dele. Et ad istum effectum ita vni, sicut alteri cōmissio fieri potuisset ergo non est electa industria personæ: quia requiritur quod cōmittatur uni, & non alteri. l. j. §. de his. ff. de sepa. & quia si esset electa industria personæ, delegatus à principe non posset subdelegare, cuius contrarium habetur in d. l. à iudice. cum si. Non ob. quòd secundū opinionē Barto. & *communem*, uidentur concurrere duo specialia. primū est, quod delegatus à principe possit delegare. l. à iudice. C. de iudic. sm quod causæ meri imperij delegari possint contra istā. l. & duo specialia concurrere non possunt. l. j. C. de inoff. do. respondetur, non esse speciale, quod delegatus à principe delegare possit, quia hoc sibi conceditur à lege. c. pastoralis. in prin. de offi. del. & etiā non uidetur speciale, quod possit causas meri imperij delegare, quia hoc facit, quia repræsentat principē per supradicta. Et ex his expeditum sit principium huius legis ad laudem omnipotentis Dei.

1 *Proprium dicitur, quod alicui tantum competit, & non alteri.*
2 *Iurisdictio delegati, dicitur extraordinaria.*
3 *Delegatus non uidetur esse quasi possessione iurisdictionis, sed in quadā aptitudine.*
4 *Delegatus an dicatur habere iurisdictionem.*
5 *Iurisdictionis appellatione, intelligitur de ordinaria.*
6 *Imperium reperitur quod cohæret iurisdictioni, id est, quod non est merum.*
7 *Legatus proconsulis, dicitur habere propriam iurisdictionem.*
8 *Translatio, denotat totalem translationem, & transitum.*

§ Qui mandatam. Primò in text. ibi, proprium nihil
1 habet. † Nam proprium dr quòd alicui tantū cōpetit, & non alteri. l. oēs populi. ff. de ius. & iur. §. j. insti. de iust. & iur. & in l. ij. §. fi. ff. de adop. in §. illud. inst. eo. titul. & in c. ius quiritum. j. dist. Vnde propriū nemo dicat quod cōmune est. 47. dist. & c. sicut hi. & facit tex. in l. j. §. in propria. ff. qn app. sit Et proprium pluribus modis accipitur, vt Bald. distinguit in l. dictantib. col. ij. C. de testa. merito hic de delegato dr, quod proprium nihil habet, sed eius qui mandauit iurisdictione vtitur. ad idem tex. in l.
2 solet. & in l. more. ff. de iur. om. iud. † Et iurisdictio delegati dicitur extraordinaria, vt no. Bald. per illum tex. in l. si quando. C. de dila. & idem Abb. per illum tex. in c. de cætero. in j. nota. de trans. & tex. cum glo. in c. quoniam contra. in verbo. extraordinario. de
3 prob. † Et delegatus non dicitur esse in quasi possessione, sed in quadam aptitudine, quæ non est quasi possessio, vt no. Bald. in l. ij. col. j. in ver. aduerte nunquam inuenies. C. de sen. Et verum est, quod non est delegatus in quasi possessione iurisdictionis, quia vtitur iurisdictione alterius. Vnde is possidet, cuius noīe possidetur. l. si id quod. §. j. de acq. pos. l. iij. §. saltus. eod. tit. Sed tamen dr

quod delegatus constitui possit in quasi possessione officij ipsius delegati, si litem inchoauit, ita φ res non sit integra, nisi dicamus φ talis quasi possessio non consideretur, quia ad nutū delegantis reuocari potest. l. iudicium soluitur. de iudic. ¶ Et facit iste text. φ delegatus non dicatur iudex, quia proprium nihil habet. Abb. tamen tenet contrarium, in c. in literis. in j. nota. per illū text. ibi, iudex delegatus. & ibi etiā Ab. allegat tex. in c. forus. §. iudex. de ver. sig. vbi dicitur, iudex quasi ius dicens, & hoc videtur verificari in iudice delegato, qui ius dicit. ¶ Ad ista tamen videtur posse respōderi. Primò ad tex. in d. c. in literis, quòd ibi appellatur iudex delegatus & sic dicitur iudex secundū quid. non simpliciter, sicut homo mortuus. facit tex. in l. j. ff. de dona. Similiter tex. in d. §. si iudex uidetur loqui in iudice ordinario, quia loquitur de illo, qui ius dicit populo. Et hoc non videtur verificari in delegato, cui vna causa committitur. Vnde videtur dicendum vt dicam statim de iu-
4 risdictione. † Et ideo quæritur, an delegatus dicatur habere iurisdictionem. Abb. concludit quod sic, in c. sanè. el ij. de offi. deleg. p tex. in c. ex literis. eod. tit. & idem Ab. in c. quærenti. de offi. dele. & in c. fi. per illum tex. ibi, cùm iurisdictio istorum. de offic. dele. & vr detur glo. hic in verbo, iurisdictionem. & in rub. j. de iuris. om. iu. Sed aduertendū est, quia iura præallegata loquunt de iurisdictione delegata, vt colligitur in d. c. ex literis, ibi eius iurisdictio delegata, quia loquitur de iudice delegato, & eo modo loquitur text. in d. c. quærenti, & in d. c. fi. de offi. lega. Ex quibus iuribus infertur
5 videtur, quod delegatus habeat iurisdictionem † delegatam, & sic iurisdictionem secundum quid, non simpliciter: Appellatione enim iurisdictionis, propriè de ordinaria intelligitur, vt Alex. concludit in l. ait prætor. in prin. circa fi. de re iud. alle. Inno. in ca. tua. de offi. vnica. & ad hoc facit tex. in l. & magis. j. de sol. & hoc intelligitur, nisi subiecta materia aliud suaderet, vt quia omnino esset eadem ratio in iurisdictione delegata, quia verba secundum subiectam materiam intelliguntur. l. si vno. in prin. j. locati. l. plenum. §. equitij. j. de usu & ha. & facit tex. hic ibi, iurisdictionem quidem tranferri, nam de delegata intelligitur ut glo. hic dicit. Nec prædictis ob. tex. in l. & si p̄tor. j. eod. vbi prætor delegatus in causa delegata, iurisdictionem alienam exequitur, ergo delegatus nō habere iurisdictionem, ex quo alienam exequitur, quia respondetur, φ p̄tor exequitur alienam respectu ordinariæ, quæ sibi competebat, non tamen excluditur quin dicatur iurisdictio delegata, per. s̄. dicta. ¶ Secūdò no. ibi, quare nemo. φ hic probatur nihil specialitatis esse in legato proconsulis, quia à dicto regulari infertur ad legatum proconsulis & hoc videtur contra gl. & Doct. in l. à iudice. C. de iudi. de quo Mod. hic mirantur. ¶ Sed vide Ale. q ita istū tex. alleg in l. j. col. xij. in ver. nec secundū eū. s̄. eo. & ad idē allegat tex. in gl. cognitio. in prin. j. eo. ¶ Sed tamen potest r̄nderi, φ tex. hic loquitur de mero imperio, vt colligitur in verbo, animaduersionem. quæ designant merum imperiū l. Imperiū. j. ti. ij. & in l. si quis in hoc genus. cum gl. C de Epis. & cle. & in mero imperio, nulla vr̄ specialitas in legato ꝓconsulis, q̄a potestas gladij in eū non transit l. solēt. in prin. j. de offi. ꝓcon. in alijs verò excepto mero imperio, verificari p̄t specialitas in legato ꝓconsulis. ¶ Tertiò noto, ibi iurisdictionem transferri, φ appellatione iurisdictionis, delegata intelligitur, secundum glo. hic, & pp subiectā materiā. per ea, quæ s̄. dixi. ¶ Quartò noto φ imperium trāsire nō pōt, ex eo φ datur à lege primū dictū est clarū. l. nemo potest. de reg. iu. l. solent. s̄. de offi. ꝓcon. Sed rō quæ allegatur à lege, nō est vera simpliciter, q̄a iurisdictio ordinaria dat̄ à l. & tamen delegari pōt. l. more. j. de iuri. om. iud. Et iō tex. hic suppleri debet secūdū Pau. de Cast. hic, φ dat̄ à lege, & in priuilegiū maioribus magistratibus. Vel planius dici potest, φ à lege dat̄ ita φ delegari non possit. vt probatur in iuribus. s̄. allegatis, quæ expressè dicūt φ merū impe-
6 rium delegari non potest. ¶ † Quinto no. φ reperit̄ Imperiū quòd cohæret, id est, q̄d non merū. l. fi. §. fi. j. eod. & sic est Imperiū qualificatū secūdū quid. Sed imperium simpliciter de mero Imperio intelligitur. l. ij. vbi glo. j. de in ius uocā. & facit tex. in l. nec magistratibus, in fi. j. de iniu. Vnde licet merū imperiū transire nō possit, mandata iurisdictione transit modica coercitio, vt hic, & in l. fi. j. eo. vbi uidebimus. ¶ In glo. j. ibi, idem est gl. bene dicit, & subijcit gl. confunditur per l. quā allegat. in l. solet. j. tit. ij. ubi dicitur iurisdictionē, siue totam mandet, siue vnam causam, & sic d'ria quā facit gl. non probat iure, q̄a delegare idem est q̄d mandare, vt notatur per gl. in l. nec mandante. j. de tu. & cu. da. ab his. ¶ In gl. nihil habet ibi, propter reuocationē. glo. concludit quod delegatus ꝓpriam hēt iurisdictionē, vt in contrario fingitur non hr̄e ꝓpriā ex eo φ reuocari pōt. l. iudiciū soluitur. j. de iud. & ita. vr̄ ꝓcedere tex. hic & Bar. & Doc. coīter sequuntur. Sed ista resolutio non satisfacit, quia tex. hic utit̄ uerbis denotātibus ꝓprietatē, ibi, propriū nihil habet. Et q̄a tex. hic rōnem adducit. quæ de p̄nti considératur, q̄a utit̄ iurisdictione eius, q̄ mandauit, & sic non potest dici non hr̄e propriam iurisdictionem, pp reuocationem, quę fieri potest, ut gl. & Doc. dicunt. Et q̄a res iudicari debet prout nunc, inspecto præsenti statu, nec considerat resolutio, quæ fieri pōt, vt per gl. in l. ij. j. de in diem adic. facit tex. in l. hæc venditio. §. fi. j. de ōh. emp. in l. Publia. §. fi. j. deposi. vbi Bar. quod not. Bar. in l. iudex. postquam. in fi. de re iudi. & in l. Iulianus. in fin. j. de condi. inde. Non ob. c̄rium de. §. cum propriam. allegato in gl. quia loquitur in legatis proconsulis, vt patet ibi. Et legatus proconsulis dr̄ hr̄e propriam iurisdōnem, vt est tex. in l. legati. s̄. de offi. procon. vbi dr̄ φ legati proconsulis nihil proprium habent, nisi mandata sit
7 eis iurisdictio à proconsule. † Ergo mandata iurisdōne, habent ꝓpriam iurisdōnem, vt probatur in illa dictione, nisi, quæ ponit exceptionem à regula, vt no. in regula, peccatum. de re. iu. in vj. in l. actione. C. de transa. Et est speciale in legato proconsulis: quia est delegatus ad vniuersitatem causarum, qui æquiparatur ordinario, iuxta gl. in c. cum cām. de appellatio. & facit tex. in l. cum p̄tor. §. j. j. de iudic. Et quia talis legatus proconsulis non pōt reuocari ab ipso proconsule, inconsulto Principe. l. solent. §. sicut. s̄. de offi. procon. Aliter, & secūdò vr̄ etiam quod dici posit, φ verbum illud propriam, referatur ad proconsulem hoc modo, cum legatis tuis dederis propriam iurisdōnem, id est, iurisdōnem quæ est propria tua, & tibi iure proprio competit, dederis legatis tuis simpliciter, non φ illa propria quæ erat apud consulem, data sit legatis, quia fuit delegata, quæ quidem transit in delegatum, vt s̄. dictum est. Prima t̄n responsio clarior videtur. Similiter in tex. hic vr̄ difficultas: quia in principio dr̄, φ delegatus nihil hēt proprium, postea in ver. sequenti, verius dicit, φ iurisdictio transfert̄. Bart. r̄ndet considerando veritatem & fictionem, vt in c̄rio gl. uictum est. Sed magis placet vt dicamus, φ dictum in principio limitatur, φ licet delegatus nihil proprium habeat, transfertur t̄n in eum iurisdictio delegata. & sic quamuis vtatur iurisdōne eius, qui mandauit, verius t̄n est iurisdōnem transferri, id est, facultatem, & potestatem cognoscendi de causa, q̄ in effectu dr̄ iurisdictio delegata. vt s̄. di-
8 ctum est in notabilibus. ¶ † In gl. in verbo, transferri, id est permitti, vel concedi &c. Translatio enim denotat totalem translationem, & transitum, vt per gl. in c. lex est. 2. dist. vbi exponit transtulit, concessit. plus enim est transferre, quam cōcedere vt p gl. in c. j. de commo. Et ideo translatus de vna ecclesia ad aliam, nihil retinet de priori. 21. q. 2. in c. si quis translatus. vt no. Bal. per illū tex. in l. Vlpianus. j. de excu. tu. Et ideo vbi fit translatio, verbū concessit, exponitur, id est, transtulit: vt per gl. in §. sed quod Principi, in verbo, concessit. insti. de iure naturali, & de verbo, concedo, dixi in c. cum venerabilis. in vlt. nota. de exce. & tradit Lucas. de pen. in l. fi. C. de locatio. fundo. ciuili. lib. xj.

1 *Causæ cognitio, quæ requiritur in alienatione bonorum ecclesiæ, delegari non potest.*
2 *Procurator, an possit constitui ad vnum actum administrationis.*
3 *In alienatione bonorum, quæ requiruntur.*
4 *In alienatione bonorum minoris, & ecclesiæ facta per creditorem, an requiratur solennitas.*
5 *Delegari non potest illud in quo causæ cognitio requiritur.*
6 *Alienari an possint res minoris, & ecclesiæ, pro ære alieno præcisè.*

a Mandata. Primò no. φ manumissio, quæ debent fieri cum consilio. & cā cognita à minor xx. annis iuxta §. eadem lege insti. ex qui. cau. manu. lic. non potest alteri, concordantia iura sunt in gl. Et adde similiter, φ talis manumissio non potest fieri per procuratorem. l. nec mulierem C. de man. vindi. nisi per filiū. l. j. §. fi. C. cōia de manu. nam q̄nque illud quod per aliū fieri nō p̄t p filiū expediri potest. l. sciendū. §. sciendū. §. si legati. ff. de legationis. vbi dr̄ φ legati nō p̄nt alios vicarios dare, nisi filios proprio. ¶ Scd'o noto, φ causæ cognitio, q̄ requirit̄ in alienatione bonorum minoris, delegari
1 non potest. † Et idē est in bonis ecclesiæ, q̄a canonici debent consentire in alienatione bonorum ecclīæ, alteri nō p̄nt hoc cōmittere: vt no. Fed. tradit in c̄si. 200. factū tale ē, Abbas subiectus col. iij. Eodē mō ex parte tutoris petentis interpositionem decreti, per procuratorē hoc petere non pōt: vt no. Bal. per illum tex. fm vnam lecturam, in l. minorū. C. de prædi. mino. & Rom. & Mod. hic & ad hoc adde Ang. in l. post mortem. §. neque adoptare. s̄. de adop gl. & Bar. in l. neque. C. de procu. ¶ Hoc t̄n dictū dubitabile videtur. Et contrarium argui potest ex eo q̄d not. Bar. in l. Gallus. §. forsitan. de libe. & post. vbi arguit, φ legitimatio fieri possit per procuratorem: quia regulariter in omni cā ꝓcurator admittit̄. l. j. §. vsus. j. de ꝓcu. & ita argui in isto casu potest. & q̄a per ꝓcuratorem

ADDITIO.

a ¶ Consilio. Gl. & Doct. hic non intellexerunt quid sit consilium exercere, de quo in hac l. Quod Io. Corasius exposuit ex Alco. Pediano in Verrinis. Consilium enim inquit est cetus iudicum, & consilium exercere, & iubere Iudices in consilium ire ad dicendas, & conferendas sententias caulæ peroratæ. Hic Corrasius meritò carpit Longoualium, qui in repet. l. Imperium. putauit esse postulare prochentibus eisque consulere Aduocati more.

torē tutor peti pōt.l cum à matrib.C.qui pe.tuto.à fortiori vř, ꝙ
2 ad vnum actū administrationis, procurator constitui possit.† Et quia in persona petentis,nō magna cognitio requiritur : quia videmus ꝙ rescriptum à quocunque impetrari pōt.l. vniuersis. C. de præci.impe.offe.Non ob.tex.in d.l.minorū , quia hoc ibi non probatur.nam solum ibi dicitur,ꝙ non sufficit si per procuratorem in libello de cā asseratur.Sed requiritur ꝙ cā necessaria sit,& ꝙ probetur,& ꝙ decretum interponatur:vt gl.ibi dicit in primo intellectu,qui verior videtur.¶Tertio noto, ꝙ tutores , & curatores non pňt alienare res minorū, tň causæ cognitio requiritur,
3 de quo Ias. hic impertinenter insistit. † Sed eius dictis adde quæ requiruntur in alienatione bonorum minorum , Alex. in consi. 63.visis.col.iij libr.iij.Ro.in consi.311.in casu propositæ. Imo. in consil.98.in q.quæ vertitur. Corneus in consi. 71. ꝙ non valeat. lib.iij.& Fabianus in tract.de emp.& vend. char.7.versi. sequitur
4 videre de forma.† Vnū no.ꝙ in creditore, qui venderet rem minoris sibi obligatam ista solemnitas non requiritur,in l.si pupillari.§.si pup.ff.de reb.eo. & Bald. ibi infert idem esse in ecclesia. Et ratio vř,qa in obligatione pignoris , quæ debet fieri à minore,solemnitas requiritur.l.j. §.j.& §.fin.ff. de rebus eo.l. si ad resoluendam.C.de prædi.mino. Vñ tali casu res obligata cum causę cognitione,& cum decreto prætoris,vēdi potest à creditore: quia sufficit decretum interuenisse in obligatione.d.l. si pupillari. §.si pupillus.& no.Bar.in l hoc ius porrectum.col.fi.C.de sacrosan.eccl. & in l.Papinian.§.sed nec impuberis. ff. de inoff.test.& bene facit tex.in l.tutor rerū.ff de admi.tu.vbi Bart. dicit ꝙ sufficit ꝙ semel auctoritas prætoris,& causæ cognitio interuenerit , & hoc videtur procedere,quando in specie res fuit cum solemnitate obligata:aliàs secus videtur , & per Fed.in consi.200 s. allega. col. iij. in ver.nec obst.vbi inquit,ꝙ in reb.ecclesiæ non potest cōstitui procurator ad alienandum, nisi super re alienanda in specie interuenerit tractatus,& causæ cognitio. Sic etiam in bonis ciuitatis vendendis non sufficit mandatum generale ad vendendum:quia bona debent specificari:vt Bal.in rub.C. de contrahen. emp.in iij.q.
25 ca istam partē q̄rit And.Sic.† an ille,qui agnouit bon.pos. teneat ꝓbare qđ debito tēpore agnouerit.& tenet qđ sic:qa fundat in tēpore,quo casu probatio sibi incūbit:vt no.per Bar. post gl. in l.cū actū.ff.de neg.gest.& no.Bar.in l.nō solum.§.vt probari.ff.de o.p. no.nū.Ias.hic tenet cōtrariū,quādo iste agit cōtra possessorē, qa possessores,q dicūt illū non agnouisse in tempore,videtur intentionē fundare in tēpore,& iō ipsi debent eorū exceptionē probare,iuxta gl.quā ibi no.Bal.in l.ij.§.de pe.hære.Sed br̄ prima opi.vr̄ verior.Nā possessores habēt fundatā intentionē ex possessione.§. cōmodum.insti.de inter.c.ex literis.de ꝓba.& in c.si à sede. de pb. in vj.ad hoc facit tex.in l.fi.ꝫ e.& in §.fi.instit.de bo. pos. ibi, intra statuta tēpo.& hoc cōfirmat in simili in eo qui appellauit, qui ꝓbare tenetur φ intra.x.dies appellauit.c.Rom.§.si verò. vbi Dominic.de app.lib.vj.& no.in c.cum ecclesia.de appel. vbi Peru. in glo.rub.ibi,occasione,& de hoc dicendum est vt dixi. ¶ Et circa continuationem duo obstant.Primò,quia videtur fieri à remotis, & responsum fuit vt dixi.Secundò ob.quia non videtur esse conueniens continuare titulum ad illud qđ incidenter dictum fuit,vt no.Sal.in rub.ꝫ.de ser.fug.Et dum aliàs dixi,qđ glo. non refert se ad supradicta,sed vid[illegible]r potius relationem facere ad sequentia videlicet ad titulum de bon.poss.quæ datur in bonis lib.adde nūc qđ hoc non tollit arg quia non videtur qđ debeat continuatio fieri ad id,qđ incidenter dicitur.adde qđ immo hoc non vr̄ incongruū,qa sæpenumero hoc reperitur,vt patet in rub. de don. vbi gl.similiter continuationem facit.& in rub.ff.de tut. & in rub. ff. de condi.& dem.& in rub.ff.de iu.patro.& hoc idem probatur in sti.de bo pos.vbi post titulum de suc.li.dicitur de bo.pos.& similem cōtinuationem ponit Arch.viij.q.j.in princ.hoc.n.toleratur, quia in arbitrio legislatoris residet.¶In gloss. ibi, est generalis. de hoc dicendum est,vt dixi in rub. ff.de re.iu.¶In gl.ibi, propter qđ dicendum est vt aliàs est dictum.Et pro secundo responso , dum dicebā qđ oblō dr̄ ius,ergo quia actus denominatur ab actu dispositiuo,& non ab executione.addo tex.not. in c.literis. de resc. & no.deci.contra Vltram.in l.si possessor.§.j.ff.de pet.hær. & aduertendum est ad.§.dicta,quia licet addatur bo.poss.hær.pe.tamē agitur ad ius vniuersum,quia sicut in pe.her.petit declarari agētē hæredem esse.& restō postmodum rei fit officio iudicis , ut not. Bar.in l.licet minimā.ff de pe.hær.& in l.j.in prin.ff.de eden. ita videtur in bo.pos.hæ.pe.quia principaliter dēt declarari bon. poss. agenti competere:& restō postmodum fit officio iudicis.¶In gl.
26 ibi,prætorium,& non ciuile,articulus est disputabilis, † an detur bon poss.de iu.ciu.& in priorib.scriptis latè firmaui opi.Bar.nūc verò opi.gl.verior videtur,considerando hoc modo , quia bon. poss est terminus inductus à prætore,& tribuit iura vtilia.§.quos autem.insti.e.& videtur qđ cōtineat repugnantiam,qđ à iure ciuili inducatur,quia tunc esset dicendum qđ tribueret iura directa contra naturā bo pos.& tex.in d.l.j.vt ex legib.q potissimè allegatur pro opi.Bar.retorqueri potest in contrarium,quia ibi dicitur prætor ait,vti me quaque lege vel senatuscō.dare oportebit bon. pos.ita dabo.ergo videtur φ prætor ipse det bon.pos. secundum dispōnem iuris ciuilis,& sic videtur ius ciuile ad p̄torem se retulisse,vt sonāt illa verba,dare oportebit,& sic tali casu videtur qđ ius ciuile vtat remedio p̄toris.Et ad hoc bñ facit tex.in l. posthumus. in prin.ff.de iniu.rup.test.vbi sm̄ Pau.de Cast.ibi probatur φ licet lex ciuilis referat ius prętorium,& etiam approbet,non tamen definit esse ius prætorium.¶ Extra gl. quærit Alex. an ille, cui delata fuit bo.pos.si immediatè intentauit bonorū possessoriam hæreditatis pet. videatur per prius agnouisse bon pos. Alex.concludit φ sic.aliàs tenui contrarium,vt patet in scriptis:quib.addo, φ si quis velit sustinere opi. Alex.considerandum est,φ si iste, qui agit, sciat se prius non agnouisse bo.pos.& agat bo.pos.hæ.pe.vr̄ tunc agnoscere:quia aliter non competeret bo.possessoria hereditatis pe.& hoc fieri non potest citra ius,& nomen agnoscendi bo.pos.sicut dicitur in hac per quam aditio hæreditatis inducitur in l.pro hęrede.§.pe. ff.de ac. hær.& isto casu videtur procedere fundamētum Alex,qui vult consequens, videtur velle & necessarium antececedens.Pro quo facit:quia missio in poss.facta ab eo,qui habet potestatem conferendi beneficium,& mittendi in possessionem,videtur collationem inducere:vt no.Io. An.in c.transmissa. de elec. & Ro.in cons.37.quo ad primum.in prin.& in simili casu etiam arguit Ro.in consi.71.visis.col.seq.& in consi.77.pater reueren.in in prin.& specialiter facit tex.in l.cum quidam.ff.de bon.pos.si verò agens putaret prius se agnouisse,errore ductus, tunc non videtur habere animum agnoscendi agendo bon.poss.hęr.pe. ex quo prius putabat se agnouisse & in isto casu non videtur procedere conclusio. Alc.saltem quando bo.poss.esset damnosa:quia ille animus continuandi,qui habet in se necessitatem:quia putabat se scriptum,non videtur nouam acquisitionem inducere,quæ esset voluntaria.Ista tamen ratio videtur procedere in hæreditate.ar.l. is qui putat ff.de acq.hæred.secus videtur in bo.pos.hær.pe.quia videtur militare ratio §.allegata,qui vult ꝯñs, videtur etiam &c. & quia agens videtur petere declarari se esse bon. poss. sicut dicitur in pe.hære.vt per Bar.in l.j.in prin.de eden.& in l.licet minimam. de petit.hære.& ita indistinctè verior videtur conclusio Alc.Non ob.d.l.j.ꝫ. vnde legi.quia po:est dici φ dicta dictio si,ponitur pro quia,vt not.in l. Titium.§. à matre.in verbo, manent.ff.de admi. tut.in l.videamus.in prin.ff.de in lit.iuran not. Bald.in l. fina. eod. tit.de resc̄ri.Bar.in l.j.de condi.& demon.colum.ij.& ex his expedita est rubrica. Philip.Dec.Pisis.

Lectura tertia. Rub.Qui admitti,&c.

1 *Lex prima Romanorum fuit lex xij.tabularum.*
2 *Lex duodecim Tabularum tantum masculos ad successionē vocabat, & ex eis descendentes.*
3 *Prætorum edicta non modicam obtinebant authoritatem.*
4 *Ius prętorium est quasi viua vox iuris ciuilis.*
5 *Ius prętorium est quod pretores introduxerunt adiuuandi, supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia,propter publicam vtilitatem.*
6 *Prætor naturalem æquitatem ante oculos habere dicitur.*
7 *Prętor naturali ęquitate motus, emancipatos , & cognatos ad successionem vocauit.*
8 *Hæredes ipso iure non efficiuntur à prætore vocati,sed loco hæredum constituuntur,& bonorum posses vocantur.*
9 *Prętor quare heredem facere non poterat.*
10 *Actus qui est nullus,à confirmante denominari debet.*
11 *Beneficium abstinendi de iure prætorio esse dicitur.*
12 *Prętor habet authoritatem legis condendę absolutè.*
13 *Dictio ex,causam immediatam denotat.64.*
14 *Prætor quomodo ipso iure hæredem facere dicatur.*
15 *Hęres à prætore factus,quare non desinat esse hæres.*
16 *Hæredes qui ipso iure,& inuiti heredes existunt.*
17 *Prętor quo casu heredem ipso iure facere non potest.*
18 *Emancipatus à iure ciuili succedere non prohibetur.*
19 *Bonorum possessio cōtra tabulas,propter emancipatos à prætore inuenta fuit.*
20 *Potestates nostri temporis dum proponunt banna, seu edicta, etiam contra statuta locorum pretoribus ęquiparantur.*
21 *Prefectus prętorio supremam potestatem habet,contra legem tamen statuere non potest.*
22 *Legem superioris inferior tollere non potest.*
23 *Leges,& statuta, quo casu potestas, seu inferior transcendere valeat.*
24 *Causa noua ex temporis variatione reputatur.*
25 *Similitudo sufficit, quòd sit in eo, de quo agitur.*
26 *Casu in vno quuandoque conceditur φ regulariter prohibetur.*
27 *Dispensationis via quo casu facilius aliquid permittitur, quam si fiat per viā legis.*
28 *Potestates iurant pręcisè seruare statuta, vnde contrauenire non possunt, et ex causa, nisi prius absolutio impetrata fuerit.*
29 *Potestates non habent iurisdictionem, nisi quatenus illis per statuta tribuatur.*
30 *Iudicium licet summarium sit, persona tamen, etiam in causa summaria legitimari debet.*
31 *Seruus legitimam personam in iudicio habere non dicitur.*
32 *Filiusfamilias legitimam personam in iudicio non habet.*
33 *Filiusfamilias, & seruus, quantum ad bonorum possessionem agnoscendā, legitimam*

gitimam personam habere dicuntur.
34 *Legitimatio personæ secundum subiectam materiam accipitur.*
35 *Rubricæ textuum affirmatiuè & negatiuè poni possunt.*
36 *Dictio intra, ad tempus refertur.*
37 *Bonorum pos. qui agnouit, an probare teneatur quòd legitimo tempore agnouerit.*
38 *Possessor, contra quem agitur, intentionem ex possessione sua fundatam habet.*
39 *Appellans tenetur probare, quòd intra decem dies appellauerit.*
40 *Occasio causam remotam significat.*
41 *Occasio est quando causa non est ordinata ad effectum de quo agitur, sed præter opinionem accidentaliter illud contingit.*
42 *Occasio non videtur esse causa remota, quando ex facientis intentione consideratur.*
43 *Continuatio ad remota toleratur, quando ad proxima fieri videtur cum tituli qui in medio sunt, de eadem materia existunt.*
44 *Continuatio est bona, licet facta sit ad ea quę incidenter dicta fuerint.*
45 *Tituli generales iuxta debitum ordinem præcedere debent, & speciales sequi.*
46 *Dictio propter quod, quid designare habeat.*
47 *Iuramenti diffinitio, impropriari non debet.*
48 *Bonorum poss. differt à confirmationis petitione.*
49 *Electio, aliud est, & aliud electionis confirmatio.*
50 *Diffinitio non est, bona, quando causam per effectum diffinit.*
51 *Verba retinendi, & persequendi, quid significent.*
52 *Diffinitio eadem diuerso iure censeri non debet.*
53 *Ius persequendi bonorum possessoriā hæreditatis petitionem, est magis remotum ab ipsa bo. pos. edictali, quàm sit ius petendi confirmationem.*
54 *Patrimonium vniuersalem successionem significat.*
55 *Hæreditas, in vniuersum defuncti ius successio est. & nu. 56.*
57 *Bonorum possesso. hæreditatis petitio, per quā immediatè bona persequimur. iuris competentis executio est.*
58 *Soluendi necessitas à principali obligatione causatur.*
59 *Iurisconsultus hæreditatem, & bonorum possessionem ęquiparare videtur.*
60 *Diffinitio bonorū possessionis, à diffinitione hæreditatis solùm in modo acquirendi differt.*
61 *Bonorum pos. de iure ciuili non reperitur.*
62 *Actiones dari à prætore Senatusconsultum Trebellia. iubet.*
63 *Bonorum possessio non solum legibus defertur, sed etiam hæreditas defertur iure ciuili.*
65 *Constitutiones principum de iure ciuili existunt.*
66 *Actus primę causæ ascribitur.*
67 *Lex ciuilis non defert bo. pos. eo casu quo hæreditas dari potest, sed remedio extraordinario vtitur.*
68 *Dictio, etiam, diuersimode implicat.*
69 *Coniecturis in rebus claris opus non est.*
70 *Bon. pos. ita se habet de iure pretorio, sicut hæreditas de iure ciuili.*
71 *Bonorum possessio non acquiritur solo animo, sed iudicis præsentia requiritur.*
72 *Bon. pos. successio non est, sed ius succedendi.*
73 *Ius ciuile licet ius prætorium referat, & illud approbet, ius pretorium tamē esse non desinit.*
74 *Bonorum possessio si cui delata fuerit, & intentauerit bonorum possessoriam hæreditatis petitionem, an ex hoc prius bonorum possessionem agnouisse intelligatur.*
75 *Consequens qui vult, videtur velle omne necessarium antecedens.*
76 *Bonorum pos. in agnitione requiritur, ꝙ iudex intelligat.*
77 *Dubio de vno cum queritur, intelligitur ꝙ omni alio respectu habilitas ipsa concurrat.*
78 *Sub regula, qui vult consequens &c. non includitur illud ꝙ esset maius, quā illud quod exprimitur. 80.*
79 *Missio in possessionem facta ab eo qui conferendi potestatem habet, collationem inducit.*
81 *Dictio si, pro quia, ponitur.*
82 *Bonorum possessio est duplex, scilicet edictalis, & decretalis.*
83 *Bonorum possessio tantum vna est.*
84 *Diuersitas accidentalis si fuerit, & non in substantia, diuersitas in specie non inducitur.*
85 *Iura ex modica differentia, diuersas species constituunt.*
86 *Iure quæsito aliter iudicatur, & aliter in iure querendo.*
87 *Causa est dum proponitur, iudicium dum discutitur.*

¶Aliàs sæpius interpretatus sum hāc. l. cū ru. C. qadmitti. quæ & in præsenti anno occurrit. Nunc iterum lecturus pro vltima vice reassumā oīa meliori ordine, & pscrutabor q̄ alias dixi & quę à posteriorib. scripta sunt. Et qa agit de successione ptoria, premittendum est † quod lex prima Romanorum fuit lex. xij. Tabularū. l. ij. § exactis. ff. de orig. iu. & illa iure stricto procedebat in successionibus. † Solum eīn vocabat masculos ad successionem, & descendentes ex eis, insti. ad Ter. in prin. & institu. de legi. agna. suc. in princ. & emancipati excludebantur. §. emancipati, insti. de here. quę ab intest. † vnde prætor cuius edicta non modicam iuris obtinent auctoritatem, vt dicitur in d. §. prætorum quoque edicta. instit. de iu. natu. † & ius prætorium est quasi viua vox iuris ciuilis. l. nam & ipsum. ff. de iust. & iu. † & ius prætorium est quòd prætores introduxerunt, adiuuandi, & supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter publicam vtilitatem. l. ius autem. §. ius prætorium. ff. de iu. & instit. de bon. in pos. in prin. † & ideo prætor qui habet æquitatem ante oculos. l. qđ si Ephesi. ff. de eo, qđ cer. loc. † æquitate naturali motus, vocauit emancipatos. §. emancipati. instit. de hær. quæ ab intest. deferuntur. & eadem æquitate vocauit cognatos. insti. de succ. cog. in prin. † & isti vocati à prætore, non efficiuntur hæredes ipso iure. quia non potest prætor heredem facere, sed loco hæredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores. §. quos autem. insti. de bonorum poss. l. ij. ff. eo. † Et Pau. de Cast. hic quærit de ratione, quare prætor non poterat hæredem facere. & respondet hoc esse ex eo, quia non habebat potestatem legis condendæ per prius, sed per posterius, quia edicta prætorū de se non habebant auctoritatem legis, sed tunc demum, si à populo recepta fuissent. & idem tradit Paul. de Cast. in l. si filius qui patri, col. fi. ver. sed extra glo. opponitur. ff. de vul. & pup. Sed ista ratio Pau. de Cast. quàm posteriores sequuntur aliàs mihi nō placuit, nec placet pluribus rationibus. Prima, quia attenta tali ratione, prætor pariter non habuisset potestatem dandi bonorū pos. nisi hoc approbatum fuisset: & tamen iura absolutè dāt, prætorē tribuere bonorum poss. Secundò, quia si edicta debuissent recipi à populo, ex quo de se non valebant, fuisset ius ciuile. §. lex est. insti. de iu. naturali, † quia actus, qui erat nullus à confirmante debuisset denominari. l. adoptio non iure facta. ff. de adop. not. per. Bar. & alios in l. & quia. ff. de iur. om. iu. Huic rationi respondent quidā posteriores, qđ edicta ptoris à populo erant approbata, ita tamen qđ esset ius prætorium. Sicut † dicitur in beneficio abstinēdi, qđ est de. iure præto. §. sed his prætor permittit. insti. de hære. qual. & diffi. licet approbatum sit de iure ciui. l. j. §. si vt se ab hær. absti. & tradit Alexan. in l. necessarijs. ff. de acqui. hære. Sed ista responsio posset habere locum, quando fuisset approbatum de iure ciui. illud, qđ prius erat validum de iure prætorio, prout cōtingit in beneficio abstinendi, secus videtur in casu isto in quo secundum Pau. de Cast. presupponitur, qđ edicta non valerent, & ideo à confirmāte debent denominari, vt dixi, & rectè. ¶† Tertiò facit, quia prætor ipse habet auctoritatem legis condendæ absolute, vt probatur in d. §. prætorum quoque. vbi dicitur qđ prætorū edicta obtinent iuris auctoritatem & quia ius prætorium est quasi uiua vox iuris ciuilis. d. l. nam & ipsum, & quia prætor habet potestatem corrigendi ius ciuile. d. §. ius prætorium. & insti. de bon. poss. in prin. ergo videtur qđ haberet potestatem legis condēdæ. ¶Quartò inducitur text. in d. §. prætorum quoque. vbi ptor annumeratur inter alios, qui habebant potestatē legis condendæ. ¶Quintò facit text. in §. pœnales. inst. de actio. vbi prætor multas pœnales actiones ex sua iurisdictione introduxit. † Illa dictio ex, denotat causam immediatam. l. eo tempore. §. fi. vbi Barto. ff. de pec. ¶Sextò facit tex. in d. l. ius autem. §. ius prætorium est. & in §. sed eas. insti. de bonorum poss. in §. prætoriæ sunt. insti. de obl. in §. aliæ. in §. præiudiciales, insti. de actio. Ex quibus omnib. concludendum est, qđ ratio Pau. de Cast. non valet. ¶† Ideo ad tex. in d. §. quos autem. alia ratio inuestigari debet, & reperio qđ Christopho. Por. in d. §. quos autem. ponit alium intellectum. Primò, nā fatetur qđ prætor possit ipso iure hæredem facere, quia habet potestatem corrigendi, per iura. s. alleg. Et ad text. in d. §. quos autē. respondet ponendo nouum intellectū, & dicit qđ ipso iure mediante bonorum poss. hereditas non acquiritur, quia est data forma à prætore, qđ pñsentia iudicis requiratur. l. fi. j. eo. Et secundum eum, non negat text. in d. §. quos autē. quin si prætor voluisset statuere, qđ ipso iure hrs efficeretur, absque alia forma, qđ hoc potuisset. ¶Sed resolutio ista non placet, quia verba. d. §. quos autem. repugnant, dum tex. ibi præcisè dicit, qđ prætor hæredem facere non potest. Ista verba sunt præcisa, quæ tollunt potentiam, ergo non videtur verum, qđ absque forma hoc prætor facere potuisset. Præterea, attenta ratione prædicta, seruata forma, post acquisitam bonorum possessionem debuissent iura directa trāsire, cuius contrarium probatur in d. §. quos autem. vbi loco hæredū bonorum possessores constituuntur. Vnde tertiò dici potest, secundum Alb. hic in rub. qđ prætor non facit aliquem hæredem, recta uia, & ipso iure, quia aliàs hæres de iure ciui. † Ideo non definit esse hæres. l. & si fine. §. sed qđ Papin. in fi. ff. de mino. & facit tex. in §. finautem. insti. de hær. qua. & diffe. † Ista responsio haberet locum in suis hæredibus qui ipso iure, & inuiti sunt hæredes, sed in alijs non videtur procedere, qui non efficiuntur hæredes ipso iure, sed mediante aditione. Et quia text. in d. l. & si fine. § sed qđ Papinia. loquitur, & procedit post aditam hæreditatem, quæ aditio in casu nostro non præsupponitur. Finaliter † videtur ꝙ ad text. in d. §. quos autem. accommodari possit nouus intellectus, videlicet ꝙ intelligatur prout loquitur, quando solus præ-

tor vocat ad hæreditatem, puta in emancipatis, uel cognatis vocatis à solo prætore. & hoc colligitur ibi, quos autem solus p̄tor. Nam tali casu, cum aliis de iure ciui. delata sit hæreditas, noluit lex tribuere potestatē p̄tori, vt faceret ipso iure hr̄des non vocatos de iure ciui. & in hoc limitata fuit p̄tās prætoris, vt in simili no. in l. formā. s̄. de offi. p̄fec. p̄to. Sed in aliis casib. in quib. solus p̄tor nō vocat, sed cōcurrit cū iure ciui. puta in bo. poss. secūdū tab. in bo. pos. vnde liberi: in talib. casib. vr̄ p̄tor tribuere iura directò, & facere illos hæredes, ita ꝙ illud qđ operatur aditio de iure ciui. idem operet̄ bo. poss. de iure p̄to. q̄a ipse p̄tor h̄et p̄tātem legis cōdendæ, vt s̄. dictum est, & cessat ꝓhibitio legis, quæ fuit limitata, quando p̄tor solus vocat. d. §. quos autē. Sed ꝯ istū intellectū facit text. in d. §. quos autē. vbi absolutè dr̄, ꝙ p̄tor nō pōt facere hæredem. Sed rn̄deri pōt, ꝙ illud dictum intelligitur s̄m p̄cedentia, qn̄ p̄tor solus vocat: ar. l. si seruus pluriū. §. fi. de le. j. Scd̄o obstare videtur tex. in d. §. quos aūt. dum inquit, ꝙ p legē tātū, vel per similē iuris cōstōnem, hr̄des fiunt. ergo tex. ibi vr̄ excludere p̄torem absolutè. Sed rn̄deri pōt, ꝙ p̄tor excludatur, vt s̄. dictum est, qn̄ ipse solus vocat: & sic illa verba dn̄t scd̄m. s̄. dicta declarari: & illa dictio taxatiua tantū, nō excludit similem casum. l. ob æs. s̄. de p̄di. min. facit tex. in l. j. §. j. ff. si mens. fal. mo. dix. & tex. in d. §. quos autē. expresse hoc dicit, dum inquit p legem tantum, vel similem constitutionē. Et cū p̄tor h̄eat p̄tātem legis cōdendæ, vt s̄. dixi. casus videt̄ similis excepto casu sp̄āli ꝓhibitionis, qn̄ p̄tor solus vocat. Tertio obstare vr̄ tex. in l. prætor. ff. de re. iu. vbi dr̄, ꝙ prætor bonorū possessorē hr̄dis loco, in omni casu h̄et. si in omni casu: ergo ēt si petatur s̄m tab. Sed pōt rn̄deri, ꝙ tex. intelligat̄ qn̄ prætor solus vocat ad bo. pos. ꝑut sp̄āliter dr̄ in d. §. quos autē. Vel scd̄o intelligit̄ respū bonorū: q̄a in omnib. bonis, & iurib. est loco hr̄dis. l. ij. ff. eo. Tertiò rn̄detur, & considerādum est, ꝙ si ille tex. generaliter intelligat̄ vt verba sonant, esset dicendū ꝙ bonorū possessor haberet iura directa, si in omni casu est loco hr̄dis. d. l. prætor. & d. l. ij. & hoc etiā dicendū, nisi aliter esset declaratū in d. §. quos autē. & ibi limitatè loqtur, quando p̄tor solus vocat: secus ergo videt̄ qn̄ ēt à iure ciui. vocatus sit. Et ad s̄. dicta opponit̄, & uidet̄ ꝙ emancipatus qui de iure ciuili nō admittitur, etiā à bo. pos. repellat̄. l. non ambigendū. §. vbicūque. ff. e. vbi dr̄, ꝙ vbi lex ciui. ꝓhibet capere hæredi

18 tatem ibi ēt bo pos. cessat. † Sed rn̄detur, ꝙ emancipatus non ꝓhibetur succedere à iure ciui. sed nō est vocatus, lex tamen nō resistit. Ita dicit Dy. in regula, cū qd vna via. de re. iu. in vj. in fi. & no.

19 per gl. in d. §. vbicunque. † Et dicit Pau. de Cast. hic, ꝙ bo. pos. ꝯta. fuit à p̄tore inuenta, ꝑpter emancipatos. §. emancipatos. insti. de exhæ. lib. & extēsa fuit ad filios in p̄tāte. l. is, qui in p̄tāte. de le. p̄sta. & hoc vr̄ verū in bo. pos. cōtra ta. secus vr̄ in bo. pos. vn̄ liberi, q̄a illa dat̄ nō tn̄ filiis in p̄tāte, sed etiam emancipatis, vt dicit tex. in l.

20 j. in prin. ff. q̄s ordo in bo. pos. seruetur. ¶ † Item præmittendum est, qđ Bal. dicit hic in prin. de potestatib. nostri temporis, q̄ æquiparantur p̄torib. dum proponunt banna, seu edicta, etiam cōtra statuta locorum: & hoc faciunt ex cā, suadente publica vtilitate, ad similitudinem p̄toris. Sed in ꝯrium facit: q̄a non vr̄ p̄tātes h̄re facultatem statuendi cōtra statuta: q̄a in prin. officij iurant illa obseruare: in auth. iurisiurādum qđ p̄statur ab his. in prin. & no. in

21 c. j. de iureiu. in vj. † Et facit qđ dr̄ de p̄fecto p̄torio, q̄ supremā h̄et potestatem, nō tamē pōt cōtra legem statuere. l. formā. C. de off.

22 p̄fec. preto. Et idem in legato ap̄licæ sedis: † q̄a inferior non tollit legem superioris. c. cum inferior. de maio. & obe. & in cle. ne Roma. de elec. Ro. hic ita opponit, & respondet ꝙ p̄tās hoc facit ex aliqua noua causa superueniente, quo casu magratus potest leges & statuta transcendere: vt est dictum Inn. in c. j. de cōsti. & no. Bal. in l. si q̄s filio. § qui autem. de iniu. rup. in l. & si seuerior. j̄. ex quibus cau. iusa irro. facit tex. in l. si hominē. & qđ ibi Bart. ff. man. cū

23 si. vt Fel. scribit in d. c. j. char. 4. † & procedit ista conclusio, quando de facili ad superiorem recurri non potest: alias superior cōsuli debet, vt And. Sicu. hic cōcludit p. l. diuus. la 2. ff. de fal. & ad hoc illū tex. prius alleg. Ro. in l. si verò. § de viro. in xlij. fal. ff. sol. matr. & ad idem facit tex in l. ad bestias. ff. de pœ. in l. j. §. fin. de q̄ō. ubi Bar. Et distinctionem quam And. Sic. hic facit, in simili casu Abb. tradit in c. si quis contra. de fo. comp. in c. dilecti. el 2. de app. cum si. vt dixi ibi. Dictum ergo Bal. resoluitur, ꝙ potestates nostri temporis æquiparant̄ prætorib. quando aliquid faciunt ex causa emergenti cōtra statuta. nā hoc eis cōcedit̄, ad similitudinē p̄toris, q̄ ex causa facit contra disp̄ōnem iuris ciuilis. Sed ista æquiparatio de potestate ad p̄torem reprobat̄ p Bulg. hic duplici ratione. Prima est, q̄a p̄tor nō fuit motus ex noua cā, sed ex cā quæ erat nota prius, ēt de l. xij. tab. quæ nō curauit de emancip. Sed potest rn̄deri, ꝙ licet cā esset prius nota, nō erat in illa cōi consideratione, prout postea fuit tēpore p̄toris. Quod patet, quia dispositio fuit appro-

24 bata. † & ex variatione tēporis, noua causa reputat̄: arg. in c. pe. de cōsang. & affi. Secunda rō est, quia qn̄ p̄tās ex cā noua mouet̄, nō vr̄ hoc facere ad similitudinem prioris: sed permittitur sibi à lege, quæ in prohibitione non videtur voluisse illum casum includere: arg. d. l. si hoīem. ff. mā. & in l. fi. ff. qui satis. cog. Sed rn̄detur, ꝙ ex quo factū à p̄tore postea approbatū fuit, satis vr̄ idem esse in potestate, qui ex cā facit ꝯ statuta: quia vterque erat positus ad administrandum iustitiā: & vterque hoc facit ad vtilitatem publicā.

25 † Et sufficit ꝙ sit silitudo in eo, de quo agitur: vt per Ab. in c. translato. de consti. Quidam hic dn̄t, ꝙ ista rō nihil valet: quia silitudo non procedit, cum p̄tātes subsistente cā, hoc faciunt à seipsis. sed p̄tores non poterant hoc facere, sed approbatio. requirebat̄. Sed rn̄detur, vt dictum est, ꝙ immo p̄tor à seipso h̄ebat p̄tātem. & s̄m rōnem istorum esset dicēdum, ꝙ maiorem p̄tātem haberent p̄tātes, q̄ p̄tores, quod absurdum vr̄: q̄a vt dixi, p̄tores h̄ebāt authoritatē legis cōdendæ, non sic est in p̄tātib. Aliis tn̄ rōnib. vr̄ ꝙ æquiparatio non procedat. Prima est, q̄a p̄tor ipse per viam legis gn̄alr̄ disponebat ꝯ ius ciuile: sed potestati erat concessum in aliquo par

26 ticulari. † Qn̄que eīm concedit̄ in vno casu, quod rlariter ꝓhibet̄, per Inn. in c. j. de ob. ad rōcinia. not. Abb. in c. per venerabilem. p illum tex. qui filii sint legitimi. & dixi in c. ij. de iu. Posteriores hic rn̄dent, ꝙ immo potestates hoc faciunt gn̄alr̄, dum concedūt alicui p̄tātem deferendi arma, p̄stita cautione de non offendendo. Sed certè iste vr̄ casus sp̄ālis, & non fit hoc p viam legis, prout dixi in prætore, sed videtur fieri per viam dispensationis à potestate:

27 † quo casu facilius pmittitur aliquid fieri per viam dispensationis, q̄ si fiat per viam legis: vt no. Ant. de Bu. & ibi Imo. in cle. ij. in gl. fi. de rescri. Secunda rō est, quia prætor h̄ebat p̄tātem corrigendi ius ciuile. d. l. ius aūt. §. ius prætorium. & hoc non est in potestate. Non obst. quòd edicta prætorum non valerent, nisi approbata fuissent à populo: quia non est verum, vt superius dictum est.

28 † Tertia. quia potestates iurant p̄cisè seruare statuta. vnde ꝯuenire non pn̄t, etiam ex cā, nisi prius absolō impetrata sit: vt per glo. iu c. verum. in ver. absoluerunt. de iureiu. cum si. vt alias dixi. Posteriores dn̄t, ꝙ subsistente causa absolutio non reqritur. Sed hoc nō est verum, & satis est, ꝙ istud vinculum iuri non erat in prætore.

29 † & quia potestates non habēt iurisdictionem, nisi quatenus illis per statuta tribuitur: vt no. Bald. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccl. Cum ergo p̄tās habeat limitatam p̄tātem à statuto, non vr̄ ꝙ prætori adæquari possit: quia verba statuti perscrutari dicunt. ¶ Capio rubricam. In j. parte dicitur, qui admitti. Ista verba arguunt,

30 † ꝙ non omnes admittuntur. Ex quo arguit And. Sicu. in repe. hic, ꝙ licet iudicium summarium sit: vt no. per gl. in §. si causa cognita. l. iij. ff. eo. persona debet legitimari, etiam in causa summaria, & ita colligitur hic. quod not. per gl. in l. ij. vbi Bart. j. de edi. di. cū si. vbi per Ale. Ias. hic reprobat, quia scd̄m eum, non requiritur ꝙ personæ sint legitimæ: vt patet in seruo, qui admittitur ad petē

31 dum bo. pos. l. seruus. in prin. ff. eo. † & tamen non dr̄ h̄re legitimā

32 p̄sonā in iudicio. l. seruus. s̄. de iu. † & idem est in filiofa. qui admittitur. l. j. j̄. eo. & tn̄ non potest esse in iudicio sine consensu patris. l. fi. §. necessitate. j̄. de bon. q̄ libe. Sed certe And. Sic. hoc non ignorauit: quia ipse hoc idem dicit de filio & de seruo. † Nam filiusfa. &

33 seruus, dn̄r h̄re legitimam personam, quantum ad bo. pos. agnoscendam: quia non agitur de præiudicio alterius: vt no. per glo. & Bar. in d. l. iij. §. cā cognita. no. Bal. hic in iij. q. Ro. ī ꝯs. 61. licet mihi.

34 † Legitimatio eīm personæ, s̄m subiectam materiā accipitur: vt in sili no. Bart. in trac. ad reprimen. in verb. cā summaria. col. fin. Et silr̄ ꝓbōnes s̄m subiectā materiā intelliguntur: vt not. tradit Bal. in l. si constāte peremptorias. col. fi. j̄. sniam res. nō pos. & no. Bar. in l. si constāte

35 in j. q. ff. so. mat. † Et notādum est, ꝙ rub. in j. parte affirmatiuè ponitur. sic rub. qui da. tu. pos. qui bo. ced. pos. & extra qui ma. acq. pos. Alias tn̄ etiam negatiuè rub. reperitur: vt j̄. qui acc. non pos. cum sim. & in hoc non est vis: quia expresso vno modo, de altero cognitio h̄r. l. j. ff. de his, qui sunt sui. hic tamen ēt sp̄āli ratione dici potest, ꝙ affirmatiuè rub. sit posita, vt conueniret cum ij. patre, q̄ dicit, intra quod tempus peti possit. Si enim negatiuè in j. parte loqueretur rub. in ij. parte non corresponderet. Posteriores hoc reprobant: quia etiam si negatiuè concepta rub. fuisset in j. parte, secunda pars conueniret: quia intelligeretur negatiuè, infra quod tēpus admitti non pos. Sed rn̄detur, ꝙ non videtur congrua locutio, si dicatur, intra quod tempus admitti non possit: quia tempus est statutum. intra quod peti possit, & non est statutum tempus intra quod peti non possit & sic quod dixi videtur bene pro-

36 cedere. ¶ † In secunda parte ibi, intra quod tempus. bene dicit intra: quia propriè s̄m grāmaticos ad tempus refertur, vt hic. & in l. emancipata. j̄. eo. in §. si. insti. eo. & in l. j. ff. de exce. do. Quādoque tamen ēt ad locum refertur. l. j. §. sine autem. ff. de oper. no. nun. ibi, intra opida. dictio vero. j̄. respicit locum l. scire. §. multa. ff. de excu. tu. ibi. j̄. centesimum miliarium. & in l. in vend. ff. de ac. emp. ibi: j̄. domum. & in c. j. de auth. & vsu pallii. Qn̄que tn̄ ad tempus h̄et relationem. d. l. scire. §. multa. ibi. j̄. quinquaginta dies. Et circa istam scd̄am partem in rub. intra qđ tēpus. q̄rit And. Sicu. † an ille, qui agnouit bo. pos. teneat̄ ꝓbare, ꝙ debito tēpore agnouerit? & tenet ꝙ sic, quia ille, q̄ fundat̄ ī t̄pe, ꝓbar̄ dēt, vt no. p gl. & Bart. in l. cum āctū. ff. de neg. ge. & not. Bar. in l. nō solū. §. sed vt probari. ff. de

ff.de oper.no.nũ.Ias.hic tenet cõtrariũ,qñ iste agit ꝯ possessorem
qui dicit illũ non agnouisse in tempore:vt se fundare in tempore
ideo ipse probare debet.& ꝑ gl.quam ibi no.Bar.in l.ij.C.de pe.hę
38 re.†Sed bñ in possessore ꝯ quẽ agitur,ipse habet fundatam inten-
tionem ex possessione.§.cõmodũ,insti.de interd.in c.ex literis.de
ꝓb.in c.si à sede.de ꝓb.in vj.& ideo agens debet probare se agno-
uisse in tpe.Et ad hoc facit tex.in l.fi.j.e.& in §.fi.insti.eo.ibi,intra
statuta tpa ostenderit.Ad idem tex.in l.ij.in fi.ff.de vetera.mil.suc.
39 in l.si fratres.j.de iur.deli.Et hoc confirmatur † in simili,in eo, q
appellauit:quia probare tenetur,ꝙ intra.x.dies appellauerit.cap.
Rom.§.si verò.vbi Dominic.de app.in vj.& no.in c.cum ecclesia.
de appel.vbi dixi.¶In gl.rub.ibi occasione bo.poss.cum ministe-
40 rio gl.vtitur isto vocabulo:† quia occasio causam remotã signi-
ficat:vt no.in c.post translationem.de renun.ver.ita dñt And. Si-
cu.& Mod.hic.Sed considerando hoc simpliciter parum facit,vn
41 de† quantum ad intentionem gl.dicendum est,ꝙ occasio sit, qñ
causa nõ est ordinata ad effectum,de quo agitur,sed ꝑter opinio-
nem accidentaliter illud contingit,facit tex.in l.fi §.sed cum in se-
cundam.s̃.de fur.& in l.rescriptum.§.j.de dis.pig.in l.generaliter.
§.si quis alienum.ver.planè.ff.de fideic.liber.& no.Ang. in consil.
63.nobilis miles.col.fi.in ver.nõ ob.si dicatur.& in consi.288. vi-
so themate.col.iij.& tradit Are.in l.sed & si plures.§.in arrogato.
ff.de vulg.& ideo aliud est,ꝙ aliquid ex aliquo quæratur, uel eius
occasione:vt no.Bar.in l.fori.s̃.de aduo.diuer.iu Intẽtio ergo gl.
videtur fuisse:quia s̃.dictum fuit de bo.pos.quæ datur in bonis li-
berti,in l.j.s̃.de bo.lib.& ista non erat causa ordinata ad istum ge-
neralem titulum,de bo.pos.sed tamen occasionem dedit, vt Im-
perator motus sit ad ponendum istum tractatum.Posteriores q-
dam hic dñt,ꝙ ista ratio non satisfacit,quia Imperator hic cũ ma
xima deliberatione compilauit istum tractatum , ideo non est di-
cendum ꝙ incidenter factũ sit.Sed hoc nihil facit:quia verum est
postea quã Imperator voluit tractare materiã bo.pos. cũ magna
maturitate,illam tractauit,vt hic patet:sed ad tractandũ illã,indu
42 ctus fuit incidenter occasione bo.pos.liberti.† Dñt ẽt posterio-
res,ꝙ eis non placet,ꝙ occasio sit cã remota,quando considerat
ex intentione facientis:quia tunc attenditur sicut causa immedia-
ta,vt declarat Are.in d.l.sed & si plures. §. in arrogato. de vul. &
pup.allegant ẽt qđ ego dixi in l.certi condictio.in prin.ff.si cer.pe.
Sed hoc etiam in proposito nihil facit:quia licet ẽt causa remota
cõsideretur,qñ ordinata sit ad effectum de quo agit, ut dixi in d.
l.certi condictio.in prin.allegando Bart. in l. vxori.la.2.de aur.&
arg.leg.in casu isto hoc non cadit:qa non erat cã remota ordina-
ta ad effectũ,de quo agitur hic:ideo bene procedit qđ dixi.& con
43 tinuatio gl.hic approbat *communiter*.†Non ob.ꝙ vř fieri ad remo
ta:quia ex quo tituli,q sunt in medio,de eadẽ sunt materia tole-
rat continuatio ad remota:qa virtualiter videť fieri ad proxima.l.
j.ff.si tab.test.& insti.de leg.in prin.Non ob.secundò,ꝙ continua-
44 tio † videtur facta ad ea,quæ s̃.incidẽter dicta sunt in l.j.s̃.de bo.
lib.vbi incidenter dictum est de bon.pos.ꝯta.quæ datur patrono:
quo casu nõ videť ꝙ continuatio congrua sit,qñ habet relationẽ
ad illud,qđ s̃.incidenter dicit:vt no.Sal.s̃.de.ser.fug. Et hoc con-
firmatur:qa continuatio debet referri ad titulum: qa debet fieri
de titulo ad titulum.l.ij.ff.de sta.ho.ideo titulus debet considerari
principaliter,nõ qđ ĩ titulo dicitur incidenter.Aliàs ad hoc dice-
bam,ꝙ gl.hic non videtur se referre ad illud,quod ꝓ̃paliter s̃. dici-
tur,in l.j.de bo lib.sed potest intelligi,ꝙ referatur ad sequentia, vi
delicet ad titulum.j.de bo.pos.contrata.li.Sed ista ratio non tol-
lit difficultatem.Vnde responderi potest non esse incongruũ , ꝙ
fiat continuatio occasione eius,quod incidenter dicitur, vt colľr
hic,& per glo.in rub.ff.de dona.in in rub.ff.de tut.in rub. de cõd.
& dem.in rub.de iur.pat.& insti.de bo.pos.in prin.& tali casu cõ-
tinuatio sit ad titulum scđm legislatorem,licet sit motus occasio
ne eius,qđ incidenter dictum sit.¶In ea.gl.ibi,hic titu. est genera
45 lis.†Iste est ordo,qui seruari debet,vt generales tituli ꝑcedant, &
tituli speciales sequãtur,Bar.in l.j.ff.si cer.pe.facit gl.in rub. ff. eo.
in rub.de testi.in rubr.de ser.vrb,ꝓd.in rub.ff.de test.mil.& per gl.
in rub.de re.iu.in vj.& dixi in rub.ff.de re.iu.& in rub.extra de ꝓb.
46 ¶†In ead.glo.ibi,ius propter qđ,id est, causa prima , & remota
recipiendi.& hoc designat verbum illud,propter qđ.l.ex eo tem
pore.§.fin.vbi Bar.ff.de pec.no.Bal.in l.j.s̃.si seruus extero. Bono
rum verò possessoria hæreditas petitio, est ius quo, id est, causa
proxima,& immediata recuperandi bona defuncti. & idem gl. in
l.iij.§.bonorum.ff.e.& Bar.& Doc.hic *communiter* sequuntur.Sed
idem Bar.in d.§.bonorum.reprehendit expositionem gl. † quia
47 definitio Iuriscon.non debet impropriari.Ideo exponit ipse ius
prosequendi,vel vt à iudice cõfirmetur, vel vt hodie agnoscatur
coram iudice& Alexan.hic dicit,ꝙ ista opin.Barto. de facili im-
pugnari potest:aliter tamen hoc non declarat. Bulg. reprehendit
Bar.quia in diffinitione dicitur,ꝙ est ius persequendi patrimonij,
non confirmationis,Sed potest responderi ꝙ qui petit confirma
tionem,satis dicitur persequi patrimoniũ,cõsiderato fine. Secdò
48 arguit Bul.† quia aliud est bo.pos.aliud est petitio cõfirmationis:
quia dẽt esse dria inter cõfirmatum,& cõfirmantẽ:ar.l.ij.ff.de sti-
pul.ser.facit tex.in c.fi.de insti.in c.debitũ.de baptis.& hoc patet:
quia aliud est electio,aliud est confirmatio electionis c. quam sit.
de elec.in vj.ergo non videtur bona expositio Bar.ꝙ bon.pos. sit
ius persequendi confirmationem.& hoc idem comprobatur : qa
bo.pos.præcedit ius petendi confirmationem. & sic ius petendi
49 confirmationem causatur à bo.pos.† ergo non videtur bona dif
finitio,diffinire causam per effectum:vt no.Bar.in l.j. in princ. de
app.no.in l.j.in prin.ff.de acqui.pos.licet huic rationi responderi
possit ex his,quæ dixi in rubr.extra de app. & ideo reiecta opin.
Bar.Doct.*cõĩter* sequuntur gl.vt possessio dicatur ius,ꝑp qđ. Aliàs
mihi placuit,ꝙ immo bon.pos.dicatur ius,quo. † Primò, quia in
50 alijs diffinitionib.intelligitur ius quo,& sic immediatè, vt in l. j. ff.
de tute.in l.j.ff.de vsufr.insti.de act.in princ. & tex. instit.de obl.in
prin.ibi,iuris vinculum quo.Secundò,quia in diffinitione dicitur
persequendi,retinendique.nam clarum videtur, ꝙ verbum illud
retinendi,intelligitur quo:quia statim ꝙ est adeptus possessionẽ,
hř ius retinendi.ergo pariter verbum illud persequendi,intelligiť
51 quo.† vt æqualis fiat determinatio:ar.l.quãuis.j.de impu. & in l.
iam hoc iure.ff.de vul.& pup.Tertiò,qa respectu patrimonij, di-
citur ius quo:qa ille,cui datur bonorum poss.edictalis , habet im-
mediatè ius persequendi patrimonij:ergo etiam alia verba diffini
52 tionis dñt intelligi eodem mõ:†ne eadem diffinitio diuerso iure
censeatur.ar.l.eum q ædes.ff.de vsuc.Quartò considero rationes,
qbus opin.Bar.s̃.impugnatur vt bo.pos.non possit dici ius peten
53 di confirmationem, multò magis militant in isto casu : † qa ius
persequendi per bono.poss.hæredi.petitio. est ius magis remotũ
ab ipsa bo.poss.edictali,quã sit ius petendi confirmationem: quia
seqtur post confirmationem:ideo si dictum Bar. non est verum
rationibus.s̃.dictis,à fortiori dictum gl.procedere non põt,Quin
tò,qa tex.dicit est ius persequendi,retinendique patrimonij,& sic
54 loqtur de persecutione iuris vlis:† qa patrimonium,successionẽ
vlem significat.l.cogi.in prin.ff.ad Treb.vnde nõ videtur Iurecõ.
in tali diffinitione habuisse respectum ad bon.pos.hære. peti. qua
mediante res particulares persequi videntur.Sextò addo , ꝙ si rõ
gl.esset vera,ꝙ bo.pos.dicatur ius propter qđ bo.poss.hær.pe.idẽ
esset dicendum in hæreditate:qa illa mediante,datur petitio here
55 ditatis,& tñ non dicit ꝙ hřditas sit ius propter qđ.† Dicitur,ꝙ ni
hil aliud est hřditas, quam successio in vniuersum ius defuncti. l.
hřditas.ff.de re.iur.Nõ obst.rõ gl.de bon.poss.hær.pet. qa text. in
diffinitione non loqtur de persecutione rerum particulariũ, sed
de persecutione vlĩ:vt colligitur ex verbo patrimonij, vt s̃. dixi.
Non ob.qđ dř reique qa de re vlĩ intelligitur. vt dř in l. nã qđ. §.
fi.ad Treb.ibi,patrimonij reique.facit tex.in l.j.ff.si cer.pet.Secun
56 dò põt rñderi,† ꝙ illa bon.pos.hære.pet.per quam immediatè bo
na persequmur,est executio iuris prius cõpetentis,ideo illa perse-
cutio dř,quo ad effectum iuris primæ causæ,ut in simili no. Bart.
in l.vnum ex familia.§.si de falcidia. ff. de leg. ij. vbi concludit, ꝙ
57 † electus ab eo,q habuit potestatẽ à concilio generali videtur ele
ctus ab ipso concilio gñali.facit tex.in l.item eorum.§. si decurio
nes.ff.qđ cuius.vniuer.in c.cũ aliqbus de rescri.in vj.& bonus tex.
in c.literis.de rescri.Et pro dicto intellectu,bñ facit tex.insti.de ob.
in prin.vbi dicit.ꝙ oblo est iuris vinculum , quo necessitate quis
58 astringitur alicuius soluendæ rei.nã ibi dicit, † ꝙ qa illa necessitas
soluendi causatur ab oblõne principali.l.licet.§.ea obligatio.ff. de
proc.licet actio sit remediũ,qđ immediatè datur ad exigendum,
instit.de act.in prin.Et circa diffinitionem bo. pos. considerandũ
59 est vlterius,†qa Iurecon.in l.j.ij. & iij.in prin.uideť æqparare hæ-
reditatem,& bo.pos.Nam in l.j.dicit ꝙ bon.pos. tribuit cõmoda
& incõmoda hæreditaria:in l.ij.dicit,ꝙ in omnib.uice hřdũ bono
rũ possessores hñr:in l.iij.in prin.dicit,ꝙ bo.pos.accipitur pro suc
cessione vniuersitatis,qua succeditur in ius mortui, suscipiturq;
eius rei commodum,& incommodum.Et ſm ꝑdicta videť diffini
ri bo.pos.sicut hæreditas quæ nihil aliud est,quã successio in vni-
uersum ius defuncti.l.nihil aliud ff.de re.iu.Subijcit tñ tex.in d.l.3.
§.bonorum igitur.aliam diffinitionem bonorũ possessionis, quæ
60 in effectu parũ differt ab hæreditatis diffinitione : † Sed solum in
mõ acqrendi.nã hæreditas si delata sit,acqritur mediãte aditione
q̃ hæres facit nuda eius uoluntate.§.fi.instit.de hær.qual.& dif.l.ꝓ
hærede.in prin.de acq.hær.non sic bon.pos.quam qs à seipso acq
rere nõ potest,sed ꝑsona iudicis reqritur.l.fi.j.e & iõ dicit ꝙ bo.
pos.est ius acqrendi & in hoc differt ab hereditate. & per istã uiã
uidetur ꝙ diffinitio Bar.defendi possit, ꝙ sit ius petendi confir-
mationem,ad dřiam hæreditatis,qa à seipso non potest qs bon.
pos.accipere,sicut hæreditatem.Et dũ gl.dicit ius prætorium,ista
expositio non fuit necessaria,quia cum talis bonorum poss.sit in
61 uenta à prætore,satis constabat ꝙ esset ius prætorium. † In tali ex
positione sentit gl.ꝙ bon.poss. de iur.ciu.non reperiatur, ex quo
glo.facit talem expositionem ad dřiam hereditatis, & idem glo.
in d.l. iij. §. bonorum. in l.nihil aliud.ff.de verborum sig. & opin.

gl.φ nō reperit bo.pos.de iu.ciu.tenet Azo in sum.hic.Cy.in l.fi.
in pe.q.ʒ.vñ legit.Bal.in rub.in ix.q.sed Bar.tenet contrarium in
d.l.iij.§.bonorū.& reprobat gl.ibi,p tex.in l.j.& in rubri.ff.vt ex le
gib.vbi fm cū,est casus,φ bo.pos.qñque sit de iure ciuili,& sequi
tur Ale.hic remouēdo q̄dam ꝯria. Et pro ista opin. posteriores
hic inducūt efficacē rōnem:quia vbi datur illa bo. pos.vt ex legib.
etiā cōpetit bo.pos.vnde legi.l.iij.ff.vnde leg. ergo videt illa bo.
pos.esse de iu.ciui.qa nunquā bo.pos.vnde ltimi dat, nisi qs vo-
catus sit à iure ciui.l.ij.§.fi.vñ le.Bulg.hic approbat opi. gl.& ꝯclu
dit,φ bo.poss.de iu.ci non reperiatur.Primò,per text.in §. septi-
ma.insti.e.vbi dicit φ ptores illā introduxerūt,ergo videt esse de
iur.præto.Scdō,per d.l.j.ff.vt ex legi.vbi verba ad ptorem referū
tur.ibi,vti me dare oportebit,dabo,ergo videt dari à ptore.Ter-
tiò,quia ille titulus est positus inter successiones prætorias. vnde
cōsonat,φ sit de iure præt.Quartò, qa si esset de iu. ci. diffinitio
bo.pos.etiā hæreditati cōpeteret,qd videt absurdū.Nō obst.alle.
s̄.& primò tex.in d.l.j.qa licet det à lege,nō tn̄ sequitur φ sit ciui-
lis.sed tali casu vtit remedio tpis:quia cū fm regulas iur.ciu. hære
ditas dari non possit lex vtitur remedio iuris prætoris,&dat bo.
62 pos.vt probat in l. posthumus. ff. de iniu.rup.† Et in simili dicit
Ful.in l.q se patris.ʒ. vñ lib. reperitur Senatuscō. Treb. qd iubet
actiones dari à prætore.§.restituta.insti.de fideicō.hær. & tn̄ illæ
actiones prætoriæ sunt:gl.& Bar.in l.ij.ff.de fideic.hær. Scdō non
ob.ratio illa,quæ pro opi.Bar.inducitur,p l.ij.§.fi.& l.iij. ff. vnde
leg.nā rn̄det Bulg.negando,φ nō sit verū,φ bo.pos.vñ ltimi con
63 currat cū illa bo.pos.ex legib,† quia in d.l.iij. vñ ltimi,nō solùm
defertur illa bo.pos.vt ex legib.sed ibi delata erat hæreditas de iu.
ci.vt colligitur ibi in ver.cū verò,in illa dictione ēt,quæ implica-
tiua est,vnde bo.pos.unde ltimi,ibi videt cōpetere respū hæredi-
tatis,quæ ibi ēt à iure ciu.dabatur:& sic non cōcurrit cū illa bon.
pos.vt ex legib.¶Prædictis non obstanti.non puto recedendum
ab opi.Bar.quæ uidet *communis*.Et pbatur efficaciter in d.l.j. vt ex
legib.in fin.dū ibi dicit.φ illa bo.pos.est ex legibus.†Illa dictio,ex,
64 cam immediatam significat:vt no.in l.j.§.ex incendio.ff.de incē.
rui.& nauf.& l.ex eo.in fi ff.de pecul.ergo videt immediate data
à lege ciu.& id pbat in d.l.iij.unde leg.& in §.septima.insti.e.Non
ob.φ lex ciuilis cōcedēdo bo.pos.utat remedio iuris prætorij, ut
s̄.dicebatur:quia rn̄detur,φ immo vtitur remedio proprio,cum
sit à lege immediatè vt dixi:& quia nihil repugnat,quin ēt lex da-
re possit bo.poss.in aliquo casu,ut probatur in l.posthumus.ff.de
iniu.rup.vbi Imperatores ita rescripserunt,ergo de iure ciuili esse
uidetur.& ad hoc facit tex.in l.j.in prin.ff unde cog.ibi,neque iu.
ciu.ergo uidet,qd qñque à iure ciui.det. Quidā dnt, qd ista rn̄sio
nihil ualet,sed rectius dixissent, quòd nihil intelligunt, & dnt isti
non negat quin ius ciuile potuisset hoc facere:sed dr. qd non fuit
factum.Sed replicatur,qd immo fuit factum, ex quo immediatè
à iu.ci.illa dispō procedit,ut dixi.& in d.l.posthumus, dicit,qd ita
65 Impe.rescripserunt:ergo uidet ita cōstituta à iure ciu.†qa cōstō-
nes principū sunt de iure ciu.§.constat.Insti.de iur.nat.Secundò
responderi potest ad fundm̄ Bulg.quòd dato quòd ius ciuile vte-
retur iure prætorio,in concedendo bo.pos.& sic prætor illam da
ret ex præcepto iuris ciui.ut in d.l.j.vt ex legib.ibi, prætor ait. uti
me lege,uel senatuscō.bo.pos.dare oportebit,ita dabo, in tali ca-
su.bo.pos.uidetur à iure ciu.cuius auctoritate prætor exequēdo
66 hoc facit:†qa actus adscribitur primæ causæ.l.item eorum.§.si de
curiones.ff.qd cuiusque uniuer.c.cū aliquib.de rescr.in vj.no.Bar.
in l.vnū ex familia.§.si rē.ff.de leg.ij.in c.in literis. de rescri. Repli-
cant prædicti posteriores,quòd licet ius ciuile sit dignius iure prę
torio,tamen ex quo accedit iuri prætorio,dum utitur eius reme-
dio,ergo debet à iure prætorio denoīari,tanquā à principali:arg.
l.& si non sunt.§.perueniamus.ff.de aur.& arg.leg Sed responde-
tur,qd ius ciuile utitur remedio prætoris,uti ministro,& principa
lis uidetur ille,qui mandat,non ille,qui exequit. & ad hoc est bo-
nus tex.in d.c.in literis.unde iste non debuit cum nugis suis pueri
lib ita audacter dicta mea quæ non intelligit,oppugnare.Nō ob.
qd Ful.dicit de Senatuscō.qd iubet actiones dari à prætore: quia
actiones dant à Senatuscō.d.§.restituta & l.j. in prin. ad Trebel.
Non obst.quod etiam dētur à prætore d.§.restituta.uer. post qd.
quia prætor hoc facit à seipso,non ex iussu senatuscō.ut Ful.dicit.
Nam ut bonorum poss.cogitur per senatuscon.restituere. l. j. §.
bonorum.ad Treb.conuenit,qd etiam actiones utiles à prætore
dentur.Secundò principaliter opi.Bar.probat in d.l.ij.§.fi.iuncta
l.iij.unde legit.ut s̄ dictum est.Non ob responsio superius data,
dum dicit,qd bono.poss.unde ltimi,non cōcurrit cū illa,ut ex le-
gib.quando sola competeret,& hæreditas adiri non posset : ut s̄.
secundum Bulg.dicebatur:quia respondetur,& dico,qd immo ēt
ubi sola bono.poss.ut ex legib.datur,tamen competit bonorum
poss.unde leg.licet hæreditas adiri non possit hoc expresse dicit
in d.l.iij. in fin. dum inquit, qd cum bonorum possess. petitur ex
illa parte, quę ex legibus ex hac,uidelicet unde legitimi peti po-
67 test. † Et probatur ratione : quia lex ciuilis non defert bonorum
pos.eo casu quo hæreditas dari potest , sed vtitur remedio extra-
ordinario bo.pos.qñ hæreditas adiri nō potest.d.l. posthumus.&
in d.l.j.vt ex legib.ergo non vr̄,φ detur dicta bon. pos. vt ex legi-
bus.si hęreditas adiri pōt.Non ob.illa dictio,ēt,q̄ implicat:quia ve
68 rum est,φ implicat,sed non eo modo,vt s̄ dictum est.†sed impli
cat quantum ad principalem dispositionem legis: hoc modo dat.
vnde legitimi,quando lex defert hæreditatem, & non bonorum
possessionem:vt primò ibi dr̄.Cum verò defert bo.pos.etiam da-
tur vñ legi.& intelligitur,φ tali casu hæreditas non deferatur.Pro
batur iste intellectus,quia ver.cum verò . aduersatiuè loquitur ad
præcedētia vnde cum supra proximè loquatur,quando datur hæ
reditas sola,& non bono.poss dictus ver.cum verò . debet intelli
gi eō,quando datur bon.pos.& non hęreditas, & hoc comproba
tur in d.l.iij.in fi. vbi respectu illius bon.poss. vt ex legi.datur vnde
legi.vt expresse ibi dr̄,ergo ibi vr̄ casus pro cōi opin. φ bon.poss.
vnde legiti.concurrit cum illa,vt ex legib.ex quo sequitur,φ sit de
iure ciu.Non obs.alia, videlicet tex.in d.§.septima.ibi,prætores in-
troduxerunt:quia respondetur,& considerandum est,φ talis bo.
pos.est extraordinaria,vt ibi dicitur in d. §. septima.& à prętore
consideratur generaliter vt comprehendantur omnes casus , in
quib.à lege bon.pos.detur.& isto respectu est introducta à præto
re in effectu confirmando dispositionem iuris ciuilis.Sed quando
spāliter à iure ciuili in aliquo casu datur bo.pos.dicitur esse de iu-
re ciu.per s̄ dicta& nō potest dici φ sit de iure pręrorio: quia præ
tor de tali casu specialiter non cogitauit, sed in genere , & videtur
consensu confirmatio facta à prætore. Iste nouus miles dicit, φ ista
responsio nihil valet:quia est ꝯ tex.in d.l.j.in fi.vt ex legib . vbi fm
eum dicitur,φ si à lege deferatur bo.pos.datur illa bo.pos.vt ex le
gib.inducta à prętore,non autem dicitur,φ in casu speciali delata
sit à lege ciuili,sed hoc nihil est,quia vt dixi,est à prætore generali-
ter propter approbationem,sed in illo casu speciali vr̄ à lege.& pa
riter respondetur ad l.j.vt ex legib.vbi prętor pollicetur daturum
se dictam bono.poss.Videtur enim prætor confirmare possessio-
nem delatam à iure ciuili,vt dicit Alex.hic per l.pen.cum glo. ff.si
pars hære.pe.no.in l.j.vbi glo.ff.commo.Non obst. quòd ille titu-
lus ponatur inter prętorias successiones: quia text.ibi declaratur
69 quòd sit de iu. ci. quia datur à lege specialiter , † & in claris non
est opus coniecturis l.continuus.§. cum ita.de verb. obli. Vltimò.
non ob.quod diffinitio bono.pos.competeret hæreditati,nisi ex-
ponatur vt glo.dicit,ius.s.prætorium:quia Barto.in d.l.iij.§.bono
rum respondet quod hęreditas est successio.sed bono pos. est ius
succedendi.& hæreditas solo animo acquiritur, non sic in bono.
possess.& Alex.hic sequitur,qui ad Bartol.se remittit.Bulg. tamen
hic conatur impugnare responsionem Barto.& dicit non esse ve
rum,quod Barto.dicit,quod bono.possess. dicatur esse ius succe-
dendi:quia sicut aliud est hæreditas,aliud ius adeundi, ita videtur,
70 quod aliud sit.bono.pos.aliud ius succedendi, † quia ita se habet
bono.possess.de iure prætorio , sicut hęreditas de iure ciui. l. ij. ff.
eo.l.j.§.bonorum.ff.ad Treb.l.hæreditatis app.ff.de ver. sign. Sed
replicari potest , quod immo responsio Barto.videtur bona,si re-
ctè intelligatur.nam bono.possess. est ius succedendi vt dicitur in
diffi.bono. possess. ibi , ius persequendi retinendique patrimonii.
Ista enim verba videntur importare ius succedendi , & hęreditas
est successio.l.hæreditas.de verb.sign.& sic differentia quam facit
Barto.in dictis duab.leg.colligitur.& ratio videtur manifesta:quia
cum solo animo hæreditas adiri possit volente hærede.hereditas
71 est successio.† sed bo.pos.non acquiritur solo animo, sed requi-
72 ritur præsentia iudicis.l.fi.ʒ.eod.† Ideo non potest dici, quod sit
successio,sed dicitur ius succedendi,vt Barto.dicit,& rectè.Præte
rea dato quod expositio gloss. admittatur , vt dicatur ius pręto-
rium , non per hoc excluditur quin etiam aliquo casu bonorum
possess.dicatur de iure ciuili:quia dictum gl.intelligitur secundum
regulam quæ est,quod bo.pos.dicatur esse ius prætorium.In po-
